

L. 72 B-115#0

LAVENTHI GRYLLI,
MEDICI QVON-
dam excellentissimi, de Sa-
pore dulci & amaro

LIBRI DVO:

*In quibus non ex temere collectis autorum sententiis, sed rationibus ex
ipsa rerum natura sumptis ostenditur, quid de his saporibus senti-
endum sit: An nemine conquam eo iudicio dili-
gentiaque conscripti:*

*Ad ceterorum quoque saporum naturas cognoscendas
curilibim.*


*Quorum priori nonnihil de contrarietate saporum, & permutatio-
ne dulcium in alios sапores, adiectum est.*

Nunc primū

PER ADAMVM LANDAVVM M. D. ET
Scholæ Ingolstadiensis Professorem, in lucem editi,

ACCESSIT in fine Oratio eiusdem Laurentij Grylli de peregrinatio-
ne studij Medicinalis ergo suscepta.

Pragæ, apud Georgium Melantrichum
ab Auentino. 1566.



0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

L. 727 B-115#0

LAVENTHI GRYLLI,

MEDICI QVON-
dam excellentissimi, de Sa-
pore dulci & amaro

LIBRI DVO:

*In quibus non ex temerè collectis autorum sententiis, sed rationibus ex
ipsa rerum natura sumptis ostenditur, quid de his saporibus senti-
endum sit: A nemine conquam eo iudicio dili-
gentiaque conscripti:*

*Ad ceterorum quoque saporum naturas cognoscendas
utilissimi.*


*Quorum priori nonnihil de contrarietate saporum, & permutatio-
ne dulcium in alios sapore, adiectum est.*

Nunc primùm

PER ADAMVM LANDAVVM M. D. ET
Scholæ Ingolstadiensis Professorem, in lucem editi.

*ACCESSIT in fine Oratio eiusdem Laurentij Grylli de peregrinatio-
ne studij Medicinalis ergo suscepta.*

Pragæ, apud Georgium Melantrichum
ab Auentino. 1566.



AD LECTOREM.

JOHANNES AGRICOLA

Hammonius Scholæ Ingolstadiensis Professor publicus.

ANte diē quamuis rapuit mors inuida Gryllū.
Confectū immodicis studijs, nimioq; labore,
Et velut in medio ætatis iam flore virentem :
Non tamen ingenij dotes, & pectoris ampla
Ornamenta , quibus cœu sidus in orbe resulſit,
Tristia difficultis sensere incommoda fati,
Integra sed remanēt, sine damno & ſalua ſupersunt
Quæris, id vnde ſciam? liber iſte docebit apertè
Hunc lege: ni stupeas Grylli, mirabor, acumen,
Protinus in verba & prorumpaſ talia mecum:
Si, cum vix ſeptem, iuncta trieteride, luſtra
Compleſſet, tanta ingenij monumenta reliquit:
Quis dubitet, quin ſi plures vixiſſet in annos,
Splendidiora etiam longè & maiora dediſſet?

Cum Grātia & Priuilegio Cæſareo ad
annos decem.

REVERENDO

IVXTA AC GENEROSO DOMINO
Alexandro Secundo Fuggaro, Summæ & Cathe-
dralis Ecclesiæ Frisingensis, atque S. Victo-
ris apud Moguntiam Præpoſito, ſuo Do-
mino obſeruando,
S. P.



Vod artes & ſci
entiæ omnes paulatim ab
hominibus ingenio, iudicioq; prä-
stantibus olim inuentæ ſint, mul-
tiſq; tandem accessionibus incre-
menta ſumpferint, Alexander Se-
conde, nemini non peruaſum, ti-
bi verò etiam notius, quām quōd prolixa oratione demonstra-
ri debeat, eſſe puto. Nihil enim vñquam extitit tam integrum,
perfectum , & omnibus ſuis numeris abſolutum , quod initio,
dum inchoaretur, non fuifet aliquo modo rude, incultum atq;
imperfeſſum. Nihil tam elimatum & ex politum, ad cuius in-
tegritatem, ac vndequaq; conſummatā abſolutionem diligens
industria hominum progreſſu temporis non addidifſet pluri-
mū. Cuius ſanè rei exempla non eſt, vt ex alijs artibus & di-
ſciplinis liberalioribus adducamus: ſiquidem in medicina prä-
clarum & luculentum, quodque multorum inſtar eſſe queat, fe-
nobis offerat. Quis enim, quām parua, quām exilia, quām ob-
ſcura huius artis initia primū extiterint, non animaduertit, fi
“ ij ad fon-

EPISTOLA

ad fontem & originē omnia illius præcepta reuocet, si, qua ratione totū medicinæ corpus in vnam veluti molem, multis partibus coagmentatam coaluerit, diligenter secum animo reuolutus? Quis etiam ante Hippocratis ætatem, rudem prorsus & confusam rationem medendi in vnu fuisse, negabit? Nullis ferre principijs solidis ea inniti videbantur, cum nec illius præcepta scriptis ac methodo comprehensa, nec aliam certitudinem, quam quæ sola constat experientia, dubiam videlicet, lubricam, inertem, ac fallacem essent consecuta. Nam quæ methodus in huius artis veritate demonstranda potuerit adhiberi, nō video, cum eo tempore nondum fuerint necessaria Methodi præsidia hominibus vere cognita & explorata. Itaque vt alijs omnibus artibus επιτελεῖ dedit initium: sic ars Medica quoq; suam ex hoc fonte duxit originem. Quod tametsi possem multis in medium adductis exemplis ostendere, ne tamen ab eo, quod instituti nostri ratio expostulat, longius recedam, à commemoratione medicamentorum, quæ vel fortuito casu hominibus studiosis innotuerunt, vel à brutis animalibus fuerunt ostensa, vel aliquo alio modo per experientiam obseruata in vsum venerunt, lubens nunc supersedeo. Hoc verò præterire silentio non possum, omnes, quotquot vñquam fuerunt aut secuturi sunt, medicos, atq; adeò vniuersum genus humanum, Hippocrati Coo plurimum hoc nomine debere, quod is non solum experientia diuturno vnu comprobata, & hinc inde per Græciam latè diffusa, primus omnium sedulò collegerit, verumetiam adhibitæ acri iudicio in meliorem ordinem omnia digesserit. Postea, quam enim mos ille fuerit antiquis, vt qui à morbis essent liberati, id genus auxiliij, quo vñ & adiuti erant, in templo scriberent, quod postea similibus remedijis alij quoq; iuuarentur, diuinus hic Medicus fertur passim in templis cōsignasse, ac descripsisse phar-

empetari. Sive
Epigraffia

DEDICATORIA.

psisse pharmaca, quibus homines diversis morbis conflictati, & ad sanitatem perducti fuerant. Quæ omnia non solum exscriptis, verumetiam examinauit, rationibus & vnu vera esse comprobauit. Neq; saltem medicamentorum vires summo labore perquisuit, sed causas quoq; morborum exposuit, atq; adeò illam maximè medicinæ partem sibi censuit accuratius explicandam, quæ videbatur ab antecessoribus neglecta, aut primis saltet, quod dici solet, labris degustata. At verò cum intelligeret, medicam artem, quam feliciter auspicatus erat, à se, propter vitæ humanæ breuitatem, & totius artis longitudinem, innumeris difficultatibus inuolutam, nec absolui, nec exactè perpoliri posse, eos omnes laude dignos pronunciauit, qui studio ac labore aliquid inuestigarent, maiorumq; inuentis, quantum ingenio consequi possent, adjicerent. Cæterum paulò post ætatem Hippocratis medicina iam clarioribus præceptis illustrata statim cœpit à contentiosis ac peruersis ingenijis in discordes pugnantesq; opiniones distrahi. Vnde certitudo artis valda reddebatur suspecta, multiq; propter istiusmodi dissensionem, & varietatem sententiarū à Medicorum consilijs vehementer abhorrebant, & artem per se certam principijsq; veris ac indubitatis stabilitam, nescio, cuius inconstantiae ac incertitudinis, accusabant. Quæ res cum alijs, tum maximè Aristophani & Plinio dedit occasionem acrius, quam par erat, in Medicos inuenhendi. Neq; enim tum salus ægrotantium à plenisq; tanti fiebat, quanti gloriæ cupiditas & arrogans priuati dogmatis defendendi studium. Tandem DEVS Opt. Max. vt periclitanti medicinæ & iam propemodum ob innumerabiles opinionū pugnas collabenti ferret opem, excitauit in Asia Galenum, optimum Hippocratis interpretem atq; vindicem. Qui dissipatam & infinitis falsorum dogmatum labyrinthis intricatam, era

α iii roribus

EPISTOLA

foribusq; miserè pollutam artem singulari studio reparans, contra Erasistatum, Asclepiadem, Thessalum, & alios veritatis oppugnatores acerrimè disputauit, falsisq; sententijs subuersis atq; explosis omnia artis principia ex Philosophia Naturali deduxit, singulas quæstiones argumentis euidentioribus demonstrauit, & quæ ante ipsum obscurius erant tradita, sic, vt patuo negocio inteligerentur, declarauit: partes deniq; præcipuas yniuersæ artis videmontionum corroboratas in ordinē concinniorem rededit, adeò quidem, vt hac dupli methodi ratione non paucis videatur totam medicinam ita perfecisse, nihil vt addi vel adimi, vel immutari possit. Cūm autem ars medica hoc pacto ex paruis initijs succreuerit, & sensim aucta sit, & amplificata, tandemq; à Galeno in eam, quæ hodie etiamnum in scholis retinetur, formam redacta, incidit apud recentiores controuersia, non leuis momenti, sed digna, quæ à doctissimis quibusq; diligentius discutiatur, & ad veritatis trutinam expenduntur, dubitatumq; fuit, vtrum veteres numeris omnibus absoluuerint medicam artem: An verò quedam ab ipsis exigue & negligenter tractata, aut obscurè falsoq; proposita, aut omnino non explicata, plenius, rectius, verius, ac dilucidius declarari, & quæ penitus omissa sunt, scriptis illorum commodè possint adjici. Quia verò hac de re diuersa sunt iudicia, in primis ea, quantum fieri potest, breuiissimè recensebo: Deinde quid veritati videatur maximè consentaneum, apertè & ingenuè pronunciabo. Antiquam igitur medendi rationem, quam Hippocrates, Galenus, & quicunq; hos paulò post seculi sunt, scriptis memoriarum tradiderunt, nonnulli putant ab his authoribus adeò perfectam & consummatam esse, vt operā & oleum, quod dicitur, perdant, qui huic vel vnū apicem adjicere vel admere quicquam contendant. Proinde, præter Galenum, illiusq; sectatores, in

DEDICATORIA.

tores, in vniuersum omnes alios, qui de rebus medicis aliquid à veterum placitis alienum atq; dissentaneum scripserunt, reiiciunt. Quæ scribuntur à Galeno ex Tripode pronunciata accipiunt, approbantq;. Non enim arbitrantur tam excellentem Philosophum & Medicum, vel in minimo hallucinari potuisse, sed, cūm arti medicæ manum extremam imposuerit, omnem posteris viam atq; facultatem inuestigandæ veritatis suis lucubrationibus præclusisse. Alij verò his planè repugnant & aduersantur, totamq; veterem medicinam, vt inutilem, incertam, ac falsam, damnant. Hippocratem quoq; & Galenum omnino censem è scholis & communi hominum consociatione explodendum, propterea quod Ethnici fuerint, veramq; DEI cognitionem non habuerint. Nouos itaq; principiorum fontes appetiunt, perfectissimamq; sibi medicandi rationem ambitiosius quam par est, arrogant. Atq; in hac sententia versantur sectatores illius Theophrasti, quem cognomento Paracelsum vocant. Is enim, vt naturali quadam dissentendi libidine veteres medicos oppugnat, & aliquando præter omnem culpam calumniatur: Ita qui prodigiosam & infinitis erroribus scatentem eius medicinā multis iam annis ferè prorsus, vt credebatur, extinctam & obliteratam, denuo in usum hodie reuocare conantur, licet multo sint ipso Theophrasto rudiiores, tamen longè atrocius, quam ille, sicuti ac debacchantur in priscos, Galenijq; dogmata, veluti ab omni ratione remota, dubia ac falsa, publicis scriptis reprobant, authorem atrocibus conuitijs proscindunt, aliamq; compendiosiorem, faciliorem, & expeditiorem medendi viam, magno supercilie pollicentur. Stupenda prorsus & admiranda mysteria promittunt, quibus freti, nullius quantumuis deploratissimi & omnem opem humanam respuentis morbi sanationem detrectant. Neq; solūm visitatoria remedia, sed axio-

EPISTOLA

sed axiomata quoque firmissima, quibus ars medica hucusque constituta viguit, in dubium vocant, omnemque certitudinem nefarijs ausibus infringere conantur. Vnde dici vix potest, quanto cum applausu vulgus rei nouitate allectu incitatumq; medicinam istiusmodi recentem, & nihil nisi res Olympicas crepantem, amplectatur. Id verò præ cæteris maximè student, vt ne, quemadmodum plæriq; consueuerunt, in morborum curationibus utantur medicamentis, quorum vires crassioribus materiaj sint immersæ. Sed per χρυσαν formas à materia stupida separare nituntur. Siquidem persuasum sibi habent, efficacias à forma rerum prodeuntes materia terrestri, tanquam vinculo quodam, irretitas teneri, infirmari atq; obtundi. Quò fit, vt cum medicinæ veteris autoritatem modis omnibus labefacta re contendant, contrà verò suam paucis ab hinc annis genitam & ab incunabulis adhuc egregiè balbutientem, in locum eius per fas nefasq; surrogatam cupiant, nullam in scriptis suis monstrosis calumniandi, & noua dogmata promulgandi finem faciant, vt etiam si probabilem instituti sui rationem reddere non possint, tamen si hanc effrænem cauillandi promptitudinē spectes, non facile quenq; inuenias, qui cum his Empiricis dissentendi libidine, ac reprehendendi temeritate comparari queat. Ut igitur, qui superiorem opinionem tuentur, Galeno cæterisq; hunc imitantibus Græcis per omnia putant assentiendum: Ita Theophrasti illius adulterina soboles veteribus fidem in universum derogans nulli minus, quam præceptis illorum adstipulatur. Verum si totam controuersiam iudicio sincero & integro examines, neutram partem recte sentire, posteriorem verò etiam prorsus desipere ac insanire deprehendes. Nam vt absurditatem huius opinionis in primis ostendam, quis non ex ijs, quæ breuiter à me cōmemorata sunt, animaduertit, ad fraudem &

DEDICATORIA.

dem & imposturam omnia esse comparata? Ego sanè non dubito, quin, si magnificis promissis euentus vbiq; responderet, facile palmam antagonistis eriperent: Sed cum neq; verisimili ratione quicquam ab ijs demonstretur, neq; sententijs illorum experientia suffragetur, quis non videt, ex ignoratione veri certitudinem rerum omnium captiosis sophismatis obscurari, & arrogantiæ studio plus tribui, quam veritatis disquisitioni? Quod si res hæc æquum Iudicem, & incorruptum æstimatorem sortiretur, futurum esse planè confido, vt pronunciaret, tantam ingeniorum petulantiam potius seuera Magistratum animaduersione, quam rationum pondere ac momentis cohercendam esse. Videmus enim eosq; proserpere turbatores istiusmodi bonarum disciplinarum, vt non solum improbent quæcumque sunt à veteribus perperam tradita, verum etiam totius artis elegantissimam σύστασιν multis retrò saeculis summo studio collectā & omnia ligamenta, quibus præceptiones eius inter se conglutinantur, dissoluant, & nulla rationum vi, sed inusitata disputandi confuetudine pulcherrimam structuram pessimè dilacerent, deformentq;. Illud verò in primis ridiculū est, quod Hippocrati & Galeno religionē impedimento fuisse scribunt, quo minus ad exquisitam Philosophiæ medicinæq; cognitionem peruererint. Quasi verò religionis cultu ac varietate disciplinarum ingenuarum certitudo percipiatur, & non potius earum veritas ratione & vsu, ceterisq; ad constitutionem artiū necessarijs adminiculis costiterit. Quibus sanè præsidij Ethnici quondam felicius instructi fuerunt, quam qui Paracelsicam hodie medicinam tantopere iactant. Non inficiamus, artes & scientias omnes honestas dona DEI esse, sed hæc Ethnicis olim fuisse denegata constanter negamus. His sanè nouorum dogmatum authoribus, si fides adhiberetur, omnia profecto honesta litera-

EPISTOLA

Ita literarum studia breui essent corruitura, quicq; multis iam saeculis in communi vita societate magno mortalium commodo floruerunt, & adhuc optimo consilio à Principibus quibusque viris souentur ac propagantur. Quanta per Deum immortalem, rerū confusio nascetur, si Philosophiam Aristotelis propterea censeas ē medio tollendam, quod is veræ religionis cognitione non fuerit imbutus, sed solius naturæ ductu, et intellectus humani facultate fretus solidioris Philosophiae maximū illum thesaurum, quo etiamnum fruimur, considerit & posteritati literis consecrauerit? Quanta in putas, secuturam esse humani generis calamitatem, si medicinam à veteribus inuentam ac diligenter excultam funditus aboleri atq; subuerti sinamus, & tam recentem, cyclopicam, barbaram, incertam & innumeris nugamentis magicis conspurcatam, nec Christianæ religioni congruentem, nec diuinis scripturis ex omni parte consenteam, qualem authores illi nobis obtrudere conantur, in eius locum substituamus? Non dicam hoc loco, quales illi sint, qui veterem medendi rationem omnino falsam esse somniant, si am verò, tanquam ē cælo delapsam, nullis idoneis adiumentis suffulti adstruere nituntur. Si tamen, vt coepérunt, in posterum virulentis scriptis crabrones irritare perrexerint, spero non defuturos, qui contra huiusmodi fucos & impostores publicos, pro veteri medicina, tanquam pro aris & focis sint depugnaturi. Dubium certè non esse cuiquam debet, occulto singulariꝝ; consilio sapientiæ diuinæ Græcis olim verum DEI cultum ignorantibus, tam eximias ingenij dotes obtigisse, quibus hodie Christianorum plurimi destituuntur. Voluit enim DEVS in hominibus Ethnicis sèpè has dotes eminere, vt quanta vis esset natuꝝ; & intellectus nostri, mundo innotesceret. Quamuis Chaldeorum, Aegyptiorum, Arabum, Græcorumq; naturæ & ingenij præstantiam non parum adiuuerit & excitari loci cæliꝝ;

DEDICATORIA.

bonitas, vita sobrietas, laboris assiduitas. Porro hos Empiricos non nisi studio dissensionis à veterum visitata doctrina descere, vel ex eo satis perspicuum evadit, quod non solum noua subinde remedia nullo prorsus vsu firmata comminiscuntur, sed etiam in media luce barbariem horrendam affectant, & res per se claras cimmerijs tenebris inuoluunt, vt ne veritas ad oculū omnibus pateat, sed in profundissimum ignorantia puteum altius adhuc, quam Democriti tempore iacebat, demergatur. Id saltē agunt obsecrati homines, vt præstigijs suis ad fucū comparatis totum mundū efascinent. Ab his igitur ad illorum opinionem diluendā nunc me confero, qui veterū scriptis ita pertinaciter sunt addicti, vt ijs nec addi quicq; nec detrahi posse existimat. Quæcunq; in ijs continentur, non aliter ac Appollinis Pythij oracula pro veris ac indubitatis axiomatis accipiūt, si quæ falsa illis inesse animaduertunt, ea nequaꝝ; corrigunt, sed magna contentione, vt vera, defendunt. Hac sententia vt nihil est puerilius & ineptius, ita nec absurdius quicq;. Quid n. aliud agunt, quam vt intellectui humano, multisq; præclaris ingenij frænos iniiciant, durumq; illud seruitutis iugū imponant, à quo natura cordati, & excellentes viri omnes abhorrent. Nesciunt illi sanè, quam verè dictū sit ac Euripide: ἐστιν ἡ παράδοξη. Imò verò ex Galeno Deū quandam faciunt, qui nunq; errauerit, nec vel in minimo hallucinatus sit. Deinde præter rationē & experientiā noua quædā probationū argumēta introducūt, quādo existimāt ad interrogata sufficere, si cū Pythagorē discipulis tritū il lud, & utrōq; respōdeas. Qua ratione declarat, se Galeni authoritati plus, quam veritatē attribuere, & velut mācipia quædā in omnī illius verba cōiurasse. Neq; satis cōmode Galenū hac in parte sequūtur, qui Hippocrati legitur in tātu addict⁹ fuisse, vt qđ ad artis explicationem attinet, satis esse crediderit tenere saltē, qđ ab eo

bij pronunci-

EPISTOLA

pronunciatum esset, etiamsi causa, cur ita res habeat, non adiungatur. Sed cum is praecetti sui oblitus aliquando venerandum senem durioribus verbis perstringat, & manifesti erroris insimulet, quis tam seruili præditus esse potest ingenio, qui non idem faceret, si Galenum videat à vero interdum deflectere, nec ubiq; principijs antea probè constitutis consentientia tradere? Certe, eo ipso testante, ars per se longa ac difficultilis ob vitæ breuitatem ab vno homine simul inchoari & perfici nequit. Sed possunt ijs, quæ veterum studio inuenta sunt, ab ingeniosis hominibus non raro quædam addi, nonnunq; quæ falsa sunt detrahiri, quæ negligētius exposita, maiori diligentia perpoliri. Quin etiam res ipsa testatur, post ætatem Galeni medicam artem in pluribus locis non mediocriter auctam, amplificatam & exultatam fuisse. Nam de rebus anatomicis quid attinet h̄c multa res censere? Extant Galeni pariter & recentiorum de hac materia lucubrations: quas si quis ad æquam lancem expendere non grauetur, fateatur sanè necessum est, nonnihil à Galeno præstatum: Sed, cum ille corpora hominum non secuerit, longè plus lucis & certitudinis huic cognitioni labore & assiduo studio recentiorum quorundam accessisse. Quod igitur à Græcis olim propter inopiam cadauerum humanorum fuit prætermissum, id Vesalius, Realdus Columbus, Iohannes Valuerde, Gabriel Fallopius, & alij præstantes anatomici tanto cum fœnore recompensarunt, vt in hac medicinæ parte declaranda nihil pro pedium amplius defuderari posse videatur. Iam verò quis ea omnia quæ Medicinæ partes, *παθολογία & Συμεωνία* appella- tæ cōpleteuntur, ex Argenterio & Fernelio, ceterisq; neoteris commemoret, quæ tamen veteres vel admodum parcè attigerunt, vel etiam penitus omiserunt? Negari præterea non potest, à Galeni posteris multa præclara Pharmacorum genera fuisse adiung-

DEDICATORIA.

isse adiuenta, quorum ille nullam omnino mentionem fecit. Nam, vt è multis paucā recenseam, quis ignorat, Rhabarbarū, Cassiam, Tamarindos, Myrobalanos, folia Sennæ, Marinam, Ambram, Moschum, Zibetum, Santala, Nucem Moschatam, Caryophyllos, & id genus alia plura Galeno & Hippocrati prorsus incognita, labore & industria Mauritanorū fuisse reperta, & in quotidianum vsum adducta? Taceo, multarum insignium Plantarum, quas nostra hæc ætas inuenit, vires egregias, non solum à Clarissimo & Doctissimo Viro, Doctore Andrea Mathiolo, verumetiam ab ijs, qui Galenum omnia præstis tisse scribunt, demonstratas atq; ostensas esse, quarū tamen notitiam illum nunquam habuisse, relicta nobis monumenta fidē faciunt. Metallorum quoq; cognitionem apprimè necessariam esse Medico constat. At verò quantum in eo studij genere, Georgius Agricola reliquis omnibus, quotquot vñquam de hac materia scripserunt, antecellat, nemo facile crediderit, qui non elaboratissima eius opera iam pridem in communem utilitatem edita perspexerit euolueritq;. In Metallorum quidem naturis explicandis, multū estfecit Dioscorides, nec sua defraudandus est laude Plinius & Galenus. Sed si cū Agricolæ monumentis absolutissimis illorum scripta conferantur, nemo, opinor, ibit inficias, hos, siue Græci, siue Latini fuerint, à Germano multis interuallis vinci ac superari. Verùm specialia remedia, cum nec numero, nec vlla ratione, nec definito alicuius artis ambitu comprehendantur, non immitterit, quæ hucusq; diximus, in reprehensionem iustum incurrerent, nisi Methodus quoq; medendi, qua singulæ præceptiones, & præcipua theorematæ veluti partes vinculo quodam ita inter se connexæ atq; colligatae existimantur, vt in vnum aliquem vniuerso medendi artificio propositum finem conspirent, certis in locis non vñ-

EPISTOLA

dequaq; firmo ac solido partiu coalitu fusset compacta. Cū enim hæc ex theorematis, quæ vera sint, principijsq; consentiant, ac in cōmunem omnia finem dirigantur, constare debeat, necessum erit, si quæ sint ex illorum numero, vel falsa omnino, vel à principijs antea constitutis aliena, vt totius artis certitudinē labefactent. Quod aut̄ huiuscmodi quæstiones plurimæ in arte nostra reperiantur, neminem vel mediocriter in ea versatū, nisi planè sit stupidus, ignorare puto. Sed quin omnia summatim, & veluti fasce complector? Si in veterum scriptis nihil prætermissū est, omnia comprehenduntur, omnia vera sunt, nihil falsum, omnia perspicua, nihil obscurū aut dubium, summa profectō reprehensione digni sunt, quicunq; in illorū dogmatis dilucidandis tantum operæ, studij ac diligentia collocant, vt etiam ea cōmentarijs istiusmodi suis operosis non mediocriter illustrari posse existimant. Aut igitur in vniuersum ab officio scribendi doctioribus Medicis abstinendum est, quod superuersa cuæ sint omnes de re medica disputationes: aut si quid differendi studio ac ingenij acutioris, perspicacia inuestigari potest, q; veteres non exposuerint, id in usum publicū ab omnibus, qui iudicij præstantia cæteris antecellunt, depromendū est. Ex his itaq; efficitur, in exquisitiore medicæ professionis tractatione ingeniosis hominibus subinde occurrere nonnulla, quæ ad integratam & summam perfectionē eius aliquid conferant. Neq; sunt audiendi hac nostra tempestate, qua studia literarū abunde florere cernimus, qui tam illiberalibus, & in seruitutē quasi redactis ingenij prædicti sunt, vt sibi meti ipsi diffidentes ab aliorū iudicio toti dependeant, nec, si quid in scriptis veterum aut falso inest, aut variū, dubium, sibi q; repugnans, aut omnino non explicatū, id aperto Marte impugnare, mutare, aut quod deest resarcire ausint. Quandoquidem hoc seruitutis iugo liberalibus in-

DEDICATORIA.

bus ingenij nihil accidere potest grauius, nihil indignius atq; acerbius. Haec tenus igitur prolixius fortè, quam conueniat, falsas quorundam opinones perstrinxī ac refutauī: Supereft, vt duabus illis tertiam nunc adiungamus, quæ sanè mihi semper visa est moderation, & per omnia veritati cæteris accommodatior. Quamuis enim generalem artis methodum à veteribus inuentam & ex ædificatam nemo vnq;, nisi Cyclopico præditus ingenio, ausus sit in totū permutare ac demoliri, cūm quod res hæc omniū sit factu difficultima, tum quod veteri medicina destructa, & suis fundamentis subuersa, meliorem inuenire multò sit difficilius, ito verò prorsus ἀδικητον, tamen non pauca sunt problemata, quorum veritas non undequaq; sibi constat, sed pleniorē, accuratioremq; explicationem desiderat. Ex his autem quæstionibus aliae Medicis sunt propriæ ac vernaculae, aliae verò communes, eò quod Physiologos quoque & alios artifices attingant. In utroq; genere viri iudicio excellentes, qui non plus ponderis authoritati quam veritatis studio tribuunt, campum latè patentem offendunt, in quo se se disputando exercant, & rerum obscurarum caligine discussa, quod verum esse intelligunt, è tenebris eruant, & in apertum producant. Idem sanè legimus Galenum quandam in dogmatis maiorum excutiendis obseruasse, quando fretus iudicij libertate, nullius, quantum celeberrimi, scriptoris autoritatē tanti fecit, vt in gratiam eius verum dissimularet, falso defendere. Quam igitur ille de scriptis Archigenis olim sententiam tulit, eam non male quidam opinantur in Galenum quadrare, quando in hæc verba scribit: Vt ipse (Archigenes) pleraque eorum virorum, à quibus adiutus euasit optimus, reprehendit, sic par est, ipsum delinquentem à nobis posteris redargui. Χαλεπὸν γὰρ ἔρωτον δύται μὴ διαμαρτύνειν τολλοῦ.

Quapropter

EPISTOLA

Quapropter, vt tandem prolixo sermoni finis imponatur, cùm à præstantissimis sæculi nostri medicis posterior hæc sententia maximè probetur, propterea quòd mediocritatem teneat, nec auctoritate veterū res omnes dubias & difficiles explanari, nec eorumdem doctrinam, tam audacter & temerè, vt Paracelsica turba somniat, refelli posse censeat, Laurentius Gryllus quoq; vir acutissimi ingenij, & rerum variarum cognitione præstans, non reprehendendus, sed digna potius laude erit afficendus, quòd perplexam de saporibus materiam, plurimiq; difficultatibus obstructam, nec ita dextrè ab antiquioribus explicata, vt ab omni parte curiosi hominis ingenio satisfaciat, non sine magno valetudinis dispendio, commentarijs illustrare aggressus est. Videbat enim hanc disputationem ad cognoscendas medicamentorum vires Medico non solùm vtilem, sed etiā necessariam esse. Cùm enim facultates ille non cuius sint obuiæ, sed obscurius lateant, & in rerum latentium perscrutatione opus sit certis quibusdam indicijs, quibus à sensu notis ad ignota nobis perueniamus, Medicus autē sit *τεχνικὸς τεκτονοῦ*, note & signa à sensu & ipsa rerum experientia erunt petenda: Efficiora verò argumenta sumuntur à gustu & tactu, à visu & odoratu infirmiora, ab auditu ferè nulla. Proinde cù gustandi sensu, qui in hac re præcipuus est, in noticiam facultatum, quæ medicamentis insunt, deducamur, exactè cuiusque saporis natura prius est peruestiganda, quām de facultatibus rerū aliquid certi pronuncietur. Fateor equidem hanc de natura saporum materiem Medico cù Philosopho naturali communem esse. Verum ideo tamen ab officio medici prorsus alienum non est, accuratam de saporibus disputationem instituere. Porrò licet omnium saporum naturas explicare Gryllus decreuerat, morte tamen immatura præpeditus, non nisi duos hos libros de contrarijs

DEDICATORIA.

trarijs saporibus absoluit: In quibus non solùm quid de dulcedine & amarore sentiendum sit, sed etiam de multis alijs utiliissimis quæstionibus, quarum insignis usus in Medicina latissime patet, disputatur, atq; adeò nō pauca traduntur progymnasma ta, ad cæterorum saporum naturas exactè perscrutandas, opportuna & accommodata. Quare cùm doctis quibusdam viris ea commentaria monstrasse, existimarunt me rem non ingratam multis Medicis facturum, si typis excudi procurarem. In primis autem assidui hortatores mihi fuerunt, Iohannes Agricola Hammonius Sacer meus vir, vt ætatis prouectæ, sic elimatisissimi iudicij, qui iam multis annis medicinam summa cum laude in Schola hac Ingolstadiensi docuit, & Grylli quondam Præceptorem egit: deinde Thaddæus Hagecius ab Hagec, clarissimus apud Pragenses Medicus, cuius vnius studio hic liber prodit in lucem. Postq; autem diligentius mecum seculi huius corruptissimi mores, & quorundam maleuolorum in carpensis alienis laboribus libidinem ac temeritatem, perpendo, non possum non ex his quasi præcurrentibus indicijs elicere, quid eveneturum sit, simul atq; in lucem hæc noua & erudita Grylli commentaria prodierint, nimirum, vt illis, qui vel omni iudicio destituti malunt pertinaciter inueteratis erroribus patrocinari, quām veriore sententiam amplecti, vel cùm ipsi præstare commendatione dignum nihil queant, aliorum eruditas lucubratiōnes peculiari quodam naturæ vitio ad reprehendendum, quām ad laudandum procluiiores, perstringere, & Theonio dente arrodere consueuerunt, nequaquam ab omni parte sint placitura. Quibus sanè nihil aliud respondendum puto, quām si hanc saporum explicationem minimè probent, vt meliorem & certiorem in medium proferant. Hoc vbi præstiterint, palmam illis vtrò concedemus. Sin minus, obsecratos illos

EPISTOLA

illos velim, ne liuore suo præcludant alijs doctioribus omnes vias inquirendi latentium & abditarum rerum veritatem. Cæterum multis ijsq; grauibus causis impulsus fui, tibi vt, Genero se Fuggare, breue hoc & fructuosum opusculum Grylli dedicarem, tuiq; nominis splendori consecrare. Parentis enim tui Iohannis Iacobi Fuggari viri vt generis claritate, sic virtute, in genio & prudentia nobilissimi, summa in bonarum literarum studiosos liberalitate ac felicissimis auspicijs Grylli studia fuerunt eò perducta, vt & medicando plurimis prodesset, & lucubrando dignum aliquid, quod in publicum exiret, conscriberet. Eius, inquam, magnificis sumptibus effectum est, vt Grylio daretur vniuersam Italiam, Galliam atq; Germaniam perlustrandi exoptatissima facultas. Quibus in locis quam diu & quo fructu sit cōmoratus, partim ex Oratione, quam iuxta calcem his libris affiximus, partim ex his libris abundè cognosci potest. Profectò si fata longiorem illi vitam indulsisserent, non dubito, quin acceptorum benefiorum memoriam diligentissimè conseruasset, & longè eidēntioribus testimonijis gratam animi sui significationem erga vestram familiam declarasset. Accedit, quod tametsi annos adolescentiæ nondum sis egreditus, nihilominus propter incredibilem eruditionem, variarumq; linguarum peritiam, ingenij præstantiam, iudicij moderationem, & alias præclaras animi generosi virtutes, quæ non nisi in proiectioris ætatis hominibus alijs admirari solemus, veluti miraculum quoddam naturæ mortaliū omnīū oculos in te conuertas. Audiui te magnis de rebus latino sermone tanta cum gratia, tam terse, tam grauiter differentem, vt nec aspectu facundissimi oris, nec aufcultatione disertissimæ orationis animū meum explere valuerim. Sed eandē ingenij promptitudinem & dexteritatem ostendere soles, quando de Græcis authoribus

feria inci-

DEDICATORIA.

seria incidit disceptatio. Quorū certè magnam partem iam euoluisti, & in ijs perlegendis assiduo labore omnium opinionem longè superas. Historiarum porrò notitiam ita tibi familiarem reddidisti, nullius vt rei gestæ mentio proponi queat, quam ipse non legeris, ac si locus ita exiget, copiosè ac disertè commemorare non possis. Cum Theologis de scriptura sacra loqueris acutè: cum Iureconsultis de iure non ineruditè discessis: cum Medicis, quorum consuetudine mirum in modum oblectari te scio (Nam quis ignorat, quam familiariter vti consueveris opera Petri Cortonei Medici, vt multiplici doctrina præstantis, sic in artis vsu tam exercitati, vt non ita pridem ex aedibus tuis ab Alberto vtriusq; Bauariae Duce, & singulari literatorum omnīū Mecœnate fuerit in Aulam Monacensem adscitus) de salubribus virtæ præceptis appositè disputas, vt vehementer admirandum videatur, in tam gracili corpusculo tantum optimarum rerum thesaurum, tam præclaras & amplissimas dotes delitescere. Reliquas verò tuas eximias virtutes, quibus cumulatissimè ornatus es, quid attinet hoc loco attexere? Nihil de his dicā potius, quām vt tenuiter illas celebrasse video. Quis enim te in Clericorū ordine veluti splendidum iubar virtæ castitate, innocentia & sobrietate præfulgentem non suscipiat? Ex his autem quid aliud, queso, colligendum est, quām te literarum studijs excultissimum, dignum esse, cui manibus omnes erudití applaudant, quem optimus quisq; laudibus euehat? Sed nescio, qua concitatione, quōne singulari impulsu, in amplissimū istum virtutum tuarum campum abripiar, vbi tamē longè plura & præstantiora se passim offerunt, quām quæ succinctis encomijs comprehendendi possint aut debeant. Ego certè hisce causis inductus sum, vt sub tuo potius quām alterius nomine hos Grylli commentarios in lucem emittendos esse cen-

vij

suebam

EPISTOLA

fuerim: indigebunt enim aduersus æmulos & inuidos fortis pro pugnatore, qualem, non dubito, quin, si forte Monus aliquis obſtrepat, excelso animo te præſtare possis. Vt interim de vtilitate, quam ex illorum lectione percepturus es, nihil dicam. Quapropter etiam atq; etiam te rogo, vt ferena fronte hos accipias, legas, & examines, meq; publici commodi studiosissimum & tuæ in primis amplificandæ dignitatis cupidum amare, ac priſtino fauore prosequi non desistas. DEVS Opt. Max, te, tuamq; familiam diu seruet in columem, atq; faxit, vt eidem nouus hic annus feliciter inchoatus fauifissimo successu finiatur. Ingolstadij I. Januarij. Anno M. D. LXVI.

Adamus Landauus M.D.
& Professor Academiæ
Ingolstadiensis.

THADDAEI HAGE- CII AB HAGE C PHILOSOPHIÆ & Medicinæ D. ac Mathematici ad æquum lectorem Præfatio.



Cio non defuturos quæmplurimos, qui ad primum tituli, qui libro huic de Saporibus præfixus est, conspectum cursu lectionis represso subsisterent, eoq; magis, ubi illam ipsam doctrinam de saporibus longè diversam ab ea, qua ab Aristotle Galeno, alijsq; veteribus magno cum applausu Scholarum tradita & excepta est, proponi cognoverint, nouitatem rei audaciamq; autoris admirabuntur, fronteq; contracta eam auersabuntur: Et qui in rerum aestimatione magis autoritate eorum, quibus penitus addicti sunt, quæ rationum aculeus freti, ipsaq; omnium artium et Philosophia Regina veritate ducuntur, Archidamico, ut dici solet, bello contra dimicabunt. Nec dubito vociferaturos esse multos Cornicum oculos noua doctrina configi, veterem conuelli, euertiq;: que tamen longa seculorum successione, magnoq; consensu omnium prorsus scholarum habet certa, firma, & inuiolabilis extitit. Verum omnes candidos lectors, & rerum aestimatores æquos magnopere rogatos esse cupio, ut tantisper suum de hoc scripto suspendant iudicium, affectumq;, si quo partis alterius studio tenentur, deponant, nec ante quicquam grauius pronuncient, donec in neutrā partē inclinante indicio, accurate ipsum librum perlegerint. Sed ut interea præsens opus in multorum manibus tutò versari, orbemq; uniuersum quoad maximè liceat, peruagari possit, aliqua certè munitione, tutelaq; seu ἀσφαλεία opus habet. Hanc autem eti ipsa veritas sponte illi concedit, que se in eo genere argumenti maluit huic forsan potius auctori, quam ulli alteri patefacere: tamen visum est eandem quoq; à vobis, candidi lectors, petere, ut, si quos forte vestrum autoritas veterum,

PRAEFATIO

Opinioꝝ de rebus longo tempore exemplisqꝫ multitudinis confirmata, ve-
luti in etiā compedes à diligentiori rerum naturae inspectione libertate qꝫ
iudicandi deterruit habet hunc autorem, velut ducem, cuius
vestigia sequentes, veritatem, quæ nulli negat sui copiam, qui modò ad
eam recta via, & non per ambages tendat; Sophistarum nūgis obrutam
quaratis, eiusqꝫ luce irradiati inueniatis ea, quæ nondum sunt à quoquam
cognita & depræbensa. Venio autem in eam spem, si illam (de qua iam
dixi) & opa, debitumqꝫ tuendæ veritatis patrocinium apud uos im-
petrauero, futurum, & non tantum non sitis grauiter latui audaciam
hanc viri doctissimi Laurentij, quod à commun recedens opinione, noua
quædam, ceterum naturæ rei, ipsiꝫ, veritati consentanea de saporibus con-
scriptipserit, sed ei per omnia assensuri etiam habituqꝫ gratiam, quod tanta,
tamqꝫ necessaria ad omnia doctrinæ cognitionem vobis non inuidetur, sed
benignè communicarit, si modò iudicio vestro libero, nō miniqꝫ obnoxio
aut iurato, citraqꝫ odium & amorem, qui duo affectus maximas rationi
semper ferè offendunt tenebras, hæc, quæ ab hoc autore concinnè & perspi-
cue sunt conscripta & tradita, legeritis, diligenterqꝫ expenderitis.

Etsi autem hoc opus per se alioqui eruditum & commendatum non
opus habeat mea tenui & iejuna præfatiuncula, & habiturum esset per se
apud omnes veritatis amatores satis autoritatis et patrocinij: tamen cum
id à me contendere doctissimus Vir D. Adamus Landanus amicus &
familiaris meus, & olim in Italia mihi coniunctissimus, nolui ipsius de-
siderio & voluntati non in hac parte satisfacere. Dicam igitur breuiter
commonefaciendi studiosos gratia, quæ sit erroris causa in scientijs, et quo-
modo scripta veterum legenda, & in quam partem accipienda sunt.

Scribit Aristoteles in secundo prima Philosophia libro: Veritatis in-
uestigationem partim esse facilem, partim difficultem. Ac facilem quidem
ex eo apparere, quia nullus veterum Philosopher prorsus ea caruit,
sed singuli quidpiam de ea hauserunt, quoniam principia, quæ ex uox
seu seminaria nuncupantur, per se nota, & mentibus nostris, veluti
lux quædam, innata sunt, nec opus habent uilla, & illis credatur, proba-
tione: quarum ministerio patet ad ipsam, quæ interius latet, veritatem et
scientiam

AD LECTOREM.

scientiam, non secus, ac per ianuam in ipsam domum ingressus. At sicut
non eadem facilitate patent ea, quæ in ipsa domo intus recondita latent,
atqꝫ ipſæ fore: ita etiam non pari facilitate ipsa veritas & scientia pror-
sus cognosci potest, atqꝫ ipsius prænuncijs, & ad ipsam ductores. Videamus
enim paucos veterum Philosopher plenam & absolutam illius potuiss-
se consequi cognitionem, quibus tamen non defuit ingenium perspicax, in-
dustria solers, & alie multæ animi dotes ad inueniendum & eruendum
verum opportuna & accōmoda, adeo ut post multum & indefessum stu-
dium & conatum pleriqꝫ veritatem in profundissimo puto abditam di-
cere non dubitauerint. Ceterum difficultatem peruestigandæ veritatis
duobus modis considerari posse constat. Nam partim in res ipsas, quæ sub
considerationem veniunt, partim in nos ipsos trasferri ea difficultas solet:
vel ut rectius dicatur, existimandum est in nobis potius, quam in rebus,
difficultarem inesse. Ipsa enim res, quæ considerantur, semper eadem sunt,
& non mutantur. Verum non eadem est omnium facultas ad verum in-
ueniendum, non idem acumen promptitudoqꝫ ingenij, non eadem lux men-
tis, nimirum dissipari corporum temperatura, opinionibus consuetudineqꝫ
impedita, vitiata, & oppressa. Quo fit ut rerum essentias atqꝫ naturas
non æquæ perspicaci mentis oculo intueri possint omnes. Atqꝫ hæc à natu-
ra nobis insunt. Accedit alterum, mirari aliorum scripta, & in illis consi-
stere, nec ulterius progrexi velle: quod malum etsi non innatum, sed ac-
cersum est: tamen diuturna consuetudine ferè in naturam abit: quando
videlicet falsa specie veri decipimur, & aliorum tradita pro veris, fir-
mis, & immotis accipimus, non adhibito nostro iudicio, recte an secus,
ea à maioribus nostris fuerint dicta, eradita per manus, & approbata. Ita
enim comparatum est, ut ferè semper malimus aliorum inuentis vti,
quam ipsi, vel minimum opera in rerum inquisitione ponere. Atqꝫ hæc est
maxima erroris causa.

Sed obiectet forsitan quispiam. Adimes igitur veteribus illis, per quos
artes inuentæ sunt, ingenij vim? argues illos cæcitatibus & ignorantia? qui
tamen perspicacissimi, & omnium seculorum iudicio, maxima doctrina
prædicti fuerunt? Huic refutsum esse volo. Agnosceré me veteres illos
suapte ingenio, naturaqꝫ mentis intellectusqꝫ perspicacitate, & diligentia

PRAEFATIO

rerum inquisitione, hanc, qua nunc etiam fruimur, cognitionem artium nobis peperisse, raraq; hisce temporibus prouenire ingenia, quæ possent innata animi sedulitate cum priscis illis conferri: et hoc nomine multa illis à nobis deberi, omninoq; fatendum esse, nisi migrati esse velimus, illorum scriptis nos adiutori esse, atq; plurimum profecisse. Neq; ego adimo illis quidquam doctrinæ vel iudicij, hoc nomine, quod dixerim quedam illos fugere potuisse: sed arguo multorum socordiam, qui sibi persuadent, ut suam diligentiam ea ratione contegant, non potuisse veteres in tam magna et indefessa rerum inquisitione aliquid hallucinari et errare. Fuerunt enim prisci illi aq; homines, atq; nos, quibus nihil magis proclue est, quam labi et falli. Et videmus profecto omnes omnium temporum viros praestantisimos, qui vel fuerunt aliquando, vel hodie sunt, errasse, et sape errare potuisse atq; labi. Quare quid prohibet, veritate duce, ut non illos quoq; lapsos esse, et non ubiq; illis cum veritate conuenisse, imò sapienti sibi ipjs pugnantia dixisse dicamus? ut pote quibus aq; ac nobis non semper idem animi et mentis vigor inesse potuerit, nimis perturbationibus multis in hac vita obnoxii, et vel in constituentibus hypothesis et principijs aberrasse, vel à maioribus suis occasionem errandi accepisse, dum illorum inuentis absq; examinatione et diligentiori disquisitione maluerunt viri, quam noua querere, et inuenta propone-re, adducti, seu potius seducti, vel veneratione autoris, vel antiqua et iam longè recepta consuetudine, ne, si aliquid noui adducere in medium voluissem, decadere à secularum Principijs, secessionemq; facere velle viderentur. Quo factum est ut eiusmodi error longa annorum serie propagatus subinde longelateq; se se diffuderit.

Neq; verò facile ex animis hominum euelli atq; extirpari potest per antiqua, et aliis animis illorum infixa opinio: Facilius enim melioriq; sib; fructus sequuntur arbores antiquas ex nativo solo in peregrinum trans feras, quam bis unam aliquam ex receptis opinionibus ademeris. Quid, quod altius multorum mentibus inhasit, ut existimat in indagatione veritatis, præter priscos illos nihil amplius quenquam posse, et quo illi peruererunt, supremam esse metam cognitionis naturæ, quam non liceat cuiquam transcendere, neq; nobis aliam viam esse insistendam, sed eandem et ingredien-

AD LECTOREM.

ingrediendam et tenendam esse ab omnibus, qui modò scopum seu finem propositum consequi velint? Eam enim esse omnium et certissimam, et rectissimam in rerum absoluta inquisitione viam. Hinc natæ sunt illæ opiniones: Nullū carmen esse elegās, quod non sit Homerici aut Vergilia mis vocalis et numeris adstrictum: Nullam orationem teram, puram, elegantem et latinam, quæ non sit Ciceronis: Nullam picturam elegan-tem, quæ non sit Apellis: Nullam statuam affabre factam, quæ non sit Phidiae aut Praxitelis: Nullam certiorem vsquam fuisse, vel futuram artem medendi, quam, quam à Galeno, aut Philosophiam, quam, quam ab Aristotele tradita sit: Ac, ut summatim dicam: quicquid non congruit veteribus illis, obscurum, inelegans & vnuētop, & λογος, & τοπος, alienum q; à naturæ face et splendore esse. Nec pudet plerosq; istorum vetustatis admiratorum ed usq; dementiae progredi, ut audeant iactare se malle cum Aristotele vel Galeno errare, quam cum alijs bene sentire. Et re ipsa videmus nihil ab Aristotele, Galeno, et veteribus illis quibusdam tam absurdè et alienè dictum esse, quod non pleriq; defendant, artificiosoq; pharmaco interpretationis circumuestiant. Sed haec illorum voces quād sunt probabiles, aut quantopere homini sapienti congruant, aliorum esto iudicium. Si enim ita sentiendo et docendo non est maxima iniuria afficer Deum, cuius manus nunquam est abbreviata, et fons bonitatis semper est inexhaustus: et naturam adeo iam suo vigore exhaustam, sterilem, et effætam reddere, tanquam nihil amplius ex se gignere queat, quid aliud esse posit, ignoror? Apud quem, obsecro, mentis nostræ vigor adeo penitus est extinctus aut languefatus, ut is se se ad contemplationem naturæ attollere, ex thesauroq; illo atq; penū ingenij aliquid depromere nequeat? Ego sanè ex veterum lectione, nisi exhibito proprio iudicio, nos adiuvari, et qualemcunq; laudem doctrinæ et eruditioonis consequi posse non existimo, idq; maiori nostra facilitate, quam illorum fuerit, posse fieri statuo. Non enim aqua facilitas est in incognita via noua imprimere vestigia, et notam atq; tritam, ab alijsq; præmonstratum sequi, et per eam incedere. Adde, quod natura hoc nostro tempore tot seculis annorum adulta iam et variè exercita, clarius multò nobis, quam illis, dum nondum adoleuisset,

se

PRAEFATIO.

fese conficiendam & contuendam præbet. Et gaudiissimè Plato dixit : Beatos illos, quibus vel in senectute datum est veras de rebus habere opiniones, illud innuens posse nos multa per totam ætatem fugere, qua in senectute se nobis offerre soleant. Et certè nostra hæc ætas verè senex est, & in mundi senio constituta. Quare merito quilibet, nisi ignavia accusari, & repertis iam tandem suauissimis frugibus, glandibus adhuc vesci velit, rectiores de rebus debet apprehendere opiniones, ut saltem in senio perdiscat per alios, quod veteribus illis, acerrimis alioquin veri indagatoribus, mundo nondum adulto atq; ad hanc perducto maturitatem atq; perfectionem, negatum fierat.

Hac non ideo dicuntur à me, quod veteribus illis, & sapienti illis antiquitati propter quosdam ipsorum lapsus derogatum quidpiam velim, ac propterea abiiciendos, ut quidam ingrati & valesani clamitant, esse existimem. Evidem illos, veluti præceptores nostros, per quos vt cumq; ad inspectionem naturæ inuitati sumus & allicti, venerandos esse censeo, gratiamq; dignam illis, perpetua memoria receperi beneficij relatam esse cupio. Sed sicut lapsibus illorum benignè ignoscendum esse iudico : ita rectum & liberum iudicium de illorum scriptis mentibus liberis relinquendum esse existimo, nec violo quenquam turpis iniurite alterius opinioni mancipari, ad eamq; plus, quam tyrannice, cogi bonas & liberas mentes, perinde, ac, si omnis conatus posteriorum, qui in veri inquisitionem ponitur, inanis ociosus q; existeret. Itaq; tales isti semper malunt alijs credere, aliorumq; inuentis uti : quam unquam redire ad se, et diligentiori adhibito scrutinio expendere, sintne ea, que pañim concordi consensu traduntur, & nobis discenda obtruduntur, veritati consentanea, an minimè. Non ita sensu sagax illa antiquitas. Nam Aristoteles non in omnibus sequutus est suū Platonem, sed palam ab eo dissensit, & pronunciauit : Amicum quidem esse Platonem, magis tamen amicam veritatem. Idem in Ethicis admonet, non modo respiciendos non esse amicos ut in gratiam eorum verum aufersemur : verum etiæ, quod nostros vltro fateri errores debeamus, si istud exigat à nobis veritas. Reprehendit Aristoteles multos, interim ipse non caret reprehensionibus. Sic etiam Galenus noster multos infestatus est, et inter alios ipsum Hippocratem, ipse interim non per omnia sibi consentientes.

AD LECTOREM.

ens, nec liber ab errore, id quod nemo sanæ mentis, et, qui veritatem auctoritate potiorem esse dicit, censemq; auctoritatem veritatem, non autem veritatem auctoritate ponderandam esse, insicari poterit: Imò, ut summatim dicam, omnes omnium temporum viri, qui fuerunt etiam præstantissimi, habent, quod in illis posteritas desideret. Neq; credendum est illos veteres adeo φιλάδειτος et morosos fuisse, ut sua dicta ita iniulata esse uoluerint, atq; ut nemo melius ipsis dicere unquam posset, aut totam posteritatem etiam iniuita cogere uulnerint ad amplectendam ipsorum de rebus opinione. Nota est enim elegans admodum et sapiente viro digna sententia illa Aristotelis: φιλέαρι άμφοτες πειθεσσαι τοις ακριβεστοις δα. Et Socrates ille etiā oraculo sapientissimus iudicatus, nō quis dicat, sed quid dicatur, attendendum esse præcipit, ut in Philebo: Τε igitur, inquit, et me, et Gorgiam atq; Philebum valere sinamus: hoc autem ratione nunc afferamus. Idem in Charmide: Neq; enim considerandum est quis dixerit : sed utrum vere dixerit, nec ne. Vnde et Fernelius vir nostra ætate maturi iudicij, omnij; virtutis et eruditioñis laude cumulatus, cum intellexisset Philosphaturis nihil magis obesse, quam animū aliorum opinionibus imbutum et turgentem, nouam quandam ingressus est viam in querenda rerū natura, multaq; luce mentis adiutus, inuenit, quæ et Aristotelem, et Galenum effugerant, habemusq; illius studio atq; beneficio multas Medicinae partes retinus (quod pace antiquorum Medicorum dictum velim) explicatas & traditas. Neq; absteruit illum celebritas tantorum virorum, quo minus ab antiqua opinione deflecteret, et commodiora scrutaretur, et quod ei verum videbatur, proponeret, absq; tamen acerbitate, odio, & amarulentia. Taceo de Andrea Vessalio, et alijs doctissimis excellentissimisq; viris, quibus non solum vitio verum non est, quod ab alijs secessionem fecerint veritatis vindicandæ causæ: sed etiam ob ipsorum conatus immortali gloria digni sunt existimati.

Sic Nicolaus Copernicus vir magno sanè & diuino ingenio, et non minore, quam fuit olim Ptolemaeus ille Alexandrinus Mathematicus excellensissimus : Is cum videret ruituram aliquando pulcherrimam illam & diuinissimam Astrorum scientiam, si vestigijs Ptolemai et aliorum veterum

PRAEFATIO

per omnia insistendum esset, ad eam reformandam se conuertit; quam etiā nouis hypothesibus positis ueluti de novo extruxit, et hoc nomine magnam laudem, et nomen immortale sibi peperit apud posteritatem. Quid peccasse dicetur, quæso, si quis etiam in alijs artibus nouas hypotheses et commodiores proculerit? Quæ si non fuerint ad plausum vulgi, saltē sint non prorsus absurdæ, sed ut cunctæ naturæ primordijs consentientes, et rationibus experientiæ patentes. Huiusmodi ingenio præclaro hunc autorem, quem de saporibus disputantem legeris, fuisse liquet ex hoc suo scripto. Is enim post quam primum perdidit doctrinam veterum, placuit illi diligenter in eadem exercere se, et accuratius omnia illa excutere, quomodo veritati essent consentanea futura. Et cum deprehendisset doctrinam illam saporum, nec sibi esse in omnibus consentientem, nec veritati respondere: deinde etiam veteribus quibusdam suspectam fuisse, ipsumq; Galenum hæc subolefuisse, cum Philosophorum de hac materia placita non per omnia suo patato, sat is facere non obscurè indicauerit, et studiosos palam à Philosophorū hac de re disputationibus debortatus sit, quas veluti precipitiū quoddam euitandas esse censuit: alacrius ad eam instaurandam animum adiecit.

Quid, quod et Auerroes manifestè testatur veteres illos nulla demonstratione, sed infirmis et vix probabilibus rationibus conatos esse saporum mixtiones, ortum, et causas explicare? Ideo hic primus Galenū impetrere ausus est, afferens frigiditatem et caliditatem causas saporum esse non posse: primus etiam aggressus est infringere illud axioma Galenicum: Omnia amara esse calida, calidioraq; dulcibus, et ceteris contra ipsum eiusmodi demonstratione: Extremitates saporum sumenda sunt, inquit, secundum oppositionem causarum. Sed caliditas et frigiditas causa opposita non sunt. Ergo à caliditate et frigiditate illa oppositio in saporibus sumi nequit. Maior est per se manifesta. Minor sensu et experientia probatur. Quia ille idem sapor et à caliditate et à frigiditate prouenit. Sed etiam si non fuisset ita ratiocinatus Auerroës: tamen ipse sensus et experientia, quibus duobus rei veritas comprobari a sapientibus solet, meridiana luce clarissimū diuersum considerantibus indicant, ut patet in Cichoraceorū generibus, Lactuca sylvestri, Salicibus, Soncho, Capi: e Monachi, Camphora, et alijs: in quibus dum nostra etate quidam amaritudinem deprehend-

AD LECTOREM.


prehendissent, didicissentq; iam olim ex Galeno, eam non nisi à calore provenire posse: in dubium vocare coepérunt, num ea frigida sint censenda, nec ne. Sed falso assumpto principio non nisi vitiosa collectio poterat consequi. Vehementer autem miror à nemine hac fuisse obseruata, excepto hoc solo autore nostro, et Iacobo Schegkio Philosopho et Medico emmentissimo: qui in doctissimis illis demonstrationum libris falsum hoc principium: Omnia amara esse calida, diserte pronunciat et docet. Hæc, inquam, omnia cum hic autor magno ingenij acumine perfexisset, erudita admodum et artificiosa methodo ad illam veterum de saporibus doctrinam infringendam conuellendamq; animum applicuit. Neq; deterruit ipsum, vel autoritas celebrium illorum virorum Aristotelis, Galeni, et aliorum, quorum dogmata impugnare piaculum iudicatum est: vel rei difficultas, propter quam nemo a tempore Galeni ad hanc vñq; etatem, ausus est in ea exercere se, et posthabitus veterum autoritatibus et præiudicijs, aliquid ex thesauro ingenij sui in medium proferre, præter hunc solum autorem nostrum. Nec simpliciter et nude tantummodo rei ciuntur hic sententiae et principia veterum, ex quibus illi suam illam doctrinam saporum constitvere adnisi sunt: sed singulis adduntur certæ, firmæ, verae et immotæ probationes ex ipsa rerum natura sumptæ, non ex autorum sententijs corrogatae, et præiudicijs confirmatae. Sic widebitis in hoc libro ingeniose euerti illa principia ad hanc vñq; etatem ab omnibus recepta: Omnia dulcia esse calida: Suaue et dulce idem esse: Omnia dulcibus ali: Omnia naturæ familiaria dulci esse: Omnia amara calida, et alia, quæ non est necesse hic fuisus commemorare, et ex ipso autore hoc transferre. Hunc postquam accepisse missum, ut dixi, à doctissimo viro D. Adamo Landauo, in Italia olim familiariter mibi coniunctissimo, et primò ipsius commendatione adductus perlegisse, præter mirificam voluptatem, quam ex ea lectione coepi, etiam splendidissimum veritatis lumen sensi in animo meo accendi, quod tandem ita auctum et diffusum est, ut universam meā mentem occuparet. Fuiq; assiduus hortator D. Adamo ne huic posthumo operi diutius publicum affectum denegaret: in quo euulgando publicæ utilitatis causa, liberenter nuciam nauauit opellam, fuiq; autor nostro Typographo, ut eum su-

P R A E F A T I O

typis excudēret: qui meo iudicio non grauatum acquieuit, et se facturum esse recepit. Quare plurimū debebunt omnes veritatis Studiosi huic D. Adamo quid nobis hunc librum ingenuè, et citra iniidiam communicare voluerit. Cæterum, an et mea opella hic quidpiam mereatur, quid me promotore in lucem prodeat, quantum fieri potuit pra occupationibus meis domesticis, et, dum medicinam facio, emendatiſſimus, de eo lectori candido liberum iudicium relinquo. Cùm autem Aristoteles, atq; adeò sensus ipſe communis moneat gratias agendas esse, non modò his, quorum industria abunde instituimur: verumetiam illis, qui pauca quidem offerunt, sed quæ ad ueritatē inueniendam plurimū conferunt, et dant occasionem exercendi nos in scientia: cumq; autor noster illam ipsam veritatem de doctrina ſaporū aliquandiu in tenebris, veluti carcere clauſam in lucem reuocārit, aliorum errores patefecerit, adeoq; occasionem derivit alijs querendi, inueniendi, et eruendi veri: iure et merito hoc nomine illi quoq; etiam post cineres, agendæ ſunt ab omnibus gratiae. Emite itaq; candidi lectores, legite, et deposito adfectu iudicate, abiebitisq; iam tandem glandibus, hinc repertis frigib; vescimini, hoc est, reperta ueritate mentem vestram reficite, robustamq; atq; viuacem efficite, exemploq; autoris huius ad eam querendam, inueniendam, possidendamq; eniti-mi.

Bene ualete,

TRACTATI^NIS
DE SAPORE DVL
CI METHODVS.



Vm de dulci sapore paulò fusius & v-
berius tractaturi simus, consentaneo-
rum est toti disputationi lucem ali-
quam succincta & breui explicatione
afferre. Primùm quidem, cùm Me-
thodus in re simplici postulet, vt in primis explicet
ur nomen: deinde ipsa rei natura & substantia, ge-
nusq; & eius species, ac differentiæ: postmodum
causæ: tandem verò effectus: Initio ostendam à ple-
risq; hanc rationem et methodum non esse obserua-
tam: & cùm inter illos nonnulli præclaræ sint exi-
stimationis, sententiam eorum per totam metho-
dum, quam ipsi non vbiq; obseruarunt, resoluam.
Et sane confusionem nominis, qua necessario res
ipsæ quoq; confunduntur, ex ijsdem ostendam,
quòd appellant insipida etiam & pinguia, languida
dulcia, nec propriè dulcia ab impropriè dulcibus
distinguunt: Deinde quod ad substantiam, causas et
mixtionem pertinet, declarabo, illos admodum va-

A. rios

METHODVS.

rios esse, nec sibi constare, cum doceant, dulcedinem fieri à symmetria caloris, alibi à calido & humido, alibi simpliciter à calido, alibi ab igneo & Solis calore: Alibi in quibusdam duritiem requirant non necessariam, humidum aërium negent, quod nos ostendemus propè necessarium esse: Aqueum humorem tribuant, qui ferè obtundit, vt alibi fatentur. Differentias etiam dulcium maximè necessarias illos fermè nullas tradere indicabo. Insuper erroneam sententiam de viribus & breuem & falsam ac confusam proponam: quòd etiam propriam vim à communibus non distinxerint: quod, vt non differentias, ita neq; differentiarum vires explicauerint in dulcibus: Sed omnia cōfusē docuerint. Quia in primis facultatibus aiunt esse temperata, aliâs iterum ea esse calida, & quo dulciora, eò calidiora. De secundis & tertijs facultatibus nihil indicant. In quartis, dicunt nutrire sola dulcia, & quo dulciora, eo magis, & simpliciter esse similia naturæ nostræ, & quo dulciora, eo similiora: ob id minima mutatione, vt alant, indigere. Nos autem veram Methodum secuti, primò nomen distinguemus in propriè & impropriè dulcia. Causas aggressi efficientē quidem calorem statuemus naturalem gignendo,

igne-

METHODVS.

2.

igneum dissipando, elixando, torrendo, destillando: & non tantum dulcium, sed omnium saporum causas explicabimus: Materiam esse Elementa & corpora ex ijs: Item materiæ vim obtainere semen et seminarium, quatenus est principium materiæ insitum. Non tamen vnius qualitatis materiam istam esse, sed variè mixtam, duram, crassam, mollem. Huc referam contactum, tempusq; & iuuātes qualitates. Differentias insuper, & earum mixtiones & causas, trademus. Primò differentias secundum magis & minus, summæq; dulcedinis, mediocris & infimæ, causas, generationem, adiuncta, originem cœlestem, eiusq; & cæterarum exempla: Mox alias etiam differentias à simplicitate, à causa efficiente, à materia & ab effectibus exponemus. Vires postea monstrabimus proprias, quatenus res est dulcis, & improprias ab adiunctis separatas, vtrasq; per differentias, primo summè, deinde modicè, & languide dulcium: Post aliarum differentiarū, nempe simplicium & compositorum dulcium, et adiunctorū à materiae qualitatibus vires ostendemus: impro prijs adiunctis & nihil ad dulcedinem facientibus reiectis. Omnes facultates per primas, secundas, tertias & quartas, & animalem, vitalem, naturalem-

A ij q; fa.

METHODVS.

q; facultatem bene vel male habentem, & harum facultatum partes declarabimus. His explicatis, postremo loco quasdam alias affectiones & quasi accidentia dulcium explicabimus, nempè contrarietatem, deinde & transmutationem, qua vel dulcia in alias qualitates, vel alia in dulce vertuntur. Atq; ita satis prolixè de hoc sapore disputabitur, vt diligen-
tia, quæ in expoliendis medicinæ & Philosophiæ dogmatis obseruanda est, animaduertatur. Deinde
vt errores emendentur, vt modus discutiendi cæ-
teros sapore hinc discatur: & cum princeps
hic sit sapor, vt fundamenta cæterorum
saporum iacentur, de quibus
aliquando etiam sumus
acturi.

LIBER I. DE DVLCEDINE.

3.

QVORVN DAM DE APP E L

latione dulcium errores confutantur.

CAP VT I.



Vm dulcis Sapor sit cæterorum præcipius, & tanquam rex quidam, & summa perfectio, regula, norma q; , & cum amaro fundamen-
tum & basin omnium ferè saporum consti-
tuat, nostræq; naturæ maximè familiaris existat,
atq; se se latissimè extendat, adeò vt ab eo tan-
quam à Sole reliqua astra lucem, sic cæteri sapore vtiles originem
trahant: operæ premium erit, naturam illius quæ accuratissimè
explicare, & iuxta methodum propositam omnia diligentius per-
uestigare. Quia verò hoc absolu*i* commodè non potest, nisi pri-
mum ostendamus, quantum ex antiquioribus nonnulli circa hanc one falorum
materiam tractandam hallucinati sint: Itaq; diligenter illorum veritas inueni
nisi non potest opinione falsæ, ac negligentia maxima indicanda est. In sapo-
ribus autem, dulcium nomen mira perplexitate & turbatione à Nomen dulci-
um perplexum scriptoribus inuoluitur, qui utinam integrè de hoc nomine, ac in apud scripto-
rem aliquid certius statuissent, & forte res etiam ipsa illu*s*trior es-
set, nec ab ijs tam anticipitem de dulci sapore sententiam accepis-
femus. Neq; enim facile apud quenquam inuenias hanc ambigui-
tatem probè distinctam, quod tamen nos præstare conabimur,
si prius intricatam & inconstantem non solum appellationis huius
proprietatem à nobis discutiendam digerendamq; protulero: sed
etiam naturæ mixtionis & facultatum in rebus dulcibus ignoran-
tiā & confusionem indicauero. Sunt itaq; ex illorum numero,
qui de saporibus aliquid scriperunt, & ad usum medicum accō-

A iii mo

LIBER I.

modarunt, nonnulli, qui facilè superant reliquos omnes. Quād
Multis fine Me- verò negligenter illi ipsi etiam rem tractarint, haud magno labo-
rando tractant re cognoscet amans veritatis & ingeniosus æquusq; rerum æsti-
de dulcibus. mator, qui illorum de hac re sententiam & scripta discutere, & ad
veritatis lancem liberè examinare non grauabitur. Cūm enim
Vera Method- methodus & recta ratio postulet, vt, de qua re aliquis dicturus est,
dus in quo con- eius primum explicet nomen, dein naturæ & substantiæ rationem
ficit. aperiat, & genera, proprietates, differentias, causas effectusq; ex-
ponat, nihil horum ab ijs in explicatione dulcis saporis exquisitè
De dulcedine traditum est. Nusquam enim docent, quid propriè, vera & vnicæ
confusè vete- ratione, dulce appelleatur: & quid deinde impropriè: & quæ eo-
res docent. rum sint genera, quæ impropriè dulcia appellantur: Sed cum cæ-
teris omnibus in eadem confusione versantur, aliud atq; aliud ci-
tra distinctionem dulce appellantes: quod exemplis multis doce-
ri posset. Aquam enim dulcem sèpè nominant, nec explicant, qua
Galen, lib. 4. ratione sit dulcis. Deinde inquiunt: Si dulcē saporem cognoscere
def. med. fa. cupis, Sapam & Mel habes: Si medicamentū *αὐτοῖς*, aquam regu-
cap. 3. lam habes, quam memineris neç dulcem, nec ullo alio sapore prædi-
tā. Sed non statuunt, an hæc propriè sint dulcia & tanquā norma,
quæ in cæteris iudicandis sequenda sit, an verò impropriè, & quòd
participent tantum. Mox quoq; dulcem vocant saporem cala-
morum viridium, graminis, tritici, zea, & hordei. Imò dulcedi-
nen, aiunt, ab aqua humiditate sèpè solui, vt in fructibus, nec
clarum faciunt, qualis sit ea dulcedo. Cūm enim & aquam ipsam
cap. 8. & 9. dulcem appellét, dulce additum dulci, id augere potius, quām dis-
soluere par erat. Deinde ex Theophrasti sententia cibaria di-
stinguunt in pingua & dulcia, & ex genere dulcium: Ita vt pin-
Appellationis gua vocent etiam dulcia, quæ tamen propriam saporum speciem
confusio. ipsi, vñà cum Theophrasto & Aristotele, constituant. Non igi-
tur erat, quod cum dulcibus ea confunderent: Quin & omnes sa-
pores obtusos, absq; discrimine dulces appellant, & alimenta om-
nia,

DE DVLCEDINE.

4.

nia, dulcia dicunt, nusquam ratione nominis distincta & expli-
cata. Nec video qua Methodo ratiocinari de dulcibus possit, qui
varias res appellat, citra discretionem, dulces: atq; ita anceps & in-
certum relinquunt, de quo genere dulcium accipienda sint,
quæ ab ijs de dulcedine dicuntur. Multa quoq; contra
rationem & communem loquendi consuetudinem
proponuntur, & sine causa rerum no-
mina deprauantur.
**

*Mixtionem dulcium iuxta quosdam esse va-
riam, nec uniformem, ostenditur.*

CAPVT II.



E mixtione & substantia dulcium à se *Mixtio dulci-*
am varia. ipsis multi dissentunt, parumq; sibi in hac ex-
plicatione constant. Nam etiamsi dulcedinem *Gal. libro 4.*
def. f. cap. 10. à symmetria caloris gigni contendant, qualis ta-
men hæc symmetria sit, non docent. Cum e-
nim multa habeant *σύμμετρον* seu temperatum ca-
lore, & tamen dulcia non sint, vt Cera, Buglossa, Adianthum,
Cortex citri, Gadmia, Albumen oui, Foenum græcum, nihil om-
nino habent quod dicant, nisi configuant ad confusionem illam à
me iam improbatam, quòd scilicet & hæc ipsa, obtusi saporis & in-
sipida, dulcia sint. Sed grauior adhuc ratio illos vrget. Dum enim
de saporibus fructuum agunt, dulces effici fructus non à symme-
tria caloris, sed simpliciter à calore statuunt, eoq; solo interdum,
interdū addunt calorem cum humore iunctum. Inquiunt autem,
si cruda pars vi caloris vincitur, in fructibus oritur dulcedo, quæ
A solo calore.
A cal. hum.
4 De simp. me-
di. fa. cap. 10.

A iiiij partes

LIBER · I.

partes cruda^a vt vincantur, requirunt validum certè calorem. Ideo in Italia, Hispania, & calidioribus regionibus citius maturant fructus, vt etiam in Aphrica, in quibus locis non est symmetria, sed excessus caloris. Sed dices, calor temperatus concoquit: An temperatus calor tantum concusat? Verum quidem id est, sed rem etiam temperatam. Quæ res verò aduersa ei est, requirit etiam ultra symmetriam, vehementiam quādam caloris, vt cruditas frigida fructuum, quæ quod à leui calore non vincatur, experientia in Germaniæ fructibus & vinis accidis docet. Ventriculus etiam rusticorum intemperato calore præditus gallinaceam carnem adurit, bouinam coquit. Quia inter agens & patiens, symmetria necessaria est. Deinde cùm dulcia & amara partim ab innato, partim ab externo & acquisitio calore fieriquidam scribant, & fateantur externum illum vel Solarē, vel igneum esse: iam in fero^{re} Solis non esse temperiem docui ratione Hispaniæ & Aphricæ. Sed in igne quæ symmetria caloris esse possit? Siigitur hic igneus calor dulcia facit, non symmetros semper erit. Postea requirunt etiam humorem calori coniunctum: atq; omnino sibi non constant, nec statuunt, quid ex ijs, quæ dicta sunt, verè ac propriè, quid impropriè ac per accidens, vel an omnia ex æquo dulcedinem gignant. Præterea quidam omnia dulcia, pro modo dulcedinis, calida inueniri putant. Sed si hoc conceditur, quid quo dulcius aliquid, eò etiam sit calidius, iam dulcedo non à temperato calore procreabitur. Hoc enim modo, quo dulcius aliquid fuerit, eò etiam temperatus idipsum necesse est, non verò eo calidius. Sed postea, vbi de qualitatibus & viribus dulcium agendum erit, hanc opinionem accuratius examinabo. Nunc pergam de mixtione & substantia dulcium erroneam sententiam aliquorum discutere. Vbi hæc minimè rationi consentanea videntur, quæ præter ea, quæ antea diximus, de fructuum dulcedine tradūt, acerbum videlicet corpus, cùm sit frigidum terreum, dissolui vel calore solo, vel humido, vel vtroq;. Si excalefiat,

An temperatus calor tantum concusat?

Cap. 10.

An Solis & ignis calor dulcia faciat.

DE DVLCEDINE.

5.

fiat tantum, nec humidius, nec mollius reddatur, sed durum maneat, dulcedinem acquirere, vt glandes & castaneas. Sed certè nec durities, nec mollicies ad dulcedinem requiritur, ea enim in vtroq; inesse potest. Quare opus non fuit ponere, vt acerbū illud durum maneat. Etiam si enim mollescat aliquid, æquè dulce euadet, vt fructus Mori, Rubi, & Mespila. Deinde exempla malè quadrant, quid sint omnino anomala. Glandes enim cum obscura dulcedine amaræ simul & acerbæ sunt. Sed nos in hac Methodo primū putamus inuestigandum esse, vnde sola dulcedo gignatur: deinde qui fiat, quod res quædam de dulcedine participent. Accedit quod glandes frigidæ sint & siccæ, & in ijsdem, quamvis anomala sint, frigus excellat. Adstringunt enim validè, & adstrictionem Galenus alibi tradit refrigerare & siccare. At verò omnia dulcia illis sunt calida. Sed obvient forte, parvam ijs inesse dulcedinem, & per hanc parum caloris indicari? At certè, si demus etiam exiguum in glandibus calorem esse, is amaritudini potius, quam dulcedini, erit tribuendus. In angustias itaq; coguntur adeò, vt euadere vix possint. Aspiciunt enim tantum res manifestas in glande, scilicet duritiem, acerbitatem, exiguum mutationem, & ijs tribuunt dulcedinem, ac si quis diceret: Mel dulce est, quid molle & lentum sit, & defluat à digitis longo tractu non interruptum: cum tamen, ob has manifestas affectiones melli inhærentes, nemo illud rectè dixerit esse dulce. Neq; igitur bene concludunt, si solū excalefiat & durum maneat, idem acerbum ea ratione fieri dulce, vt glandes & castaneas. Hæc enim nec solū valde sunt dulcia, nec durities aliquid hic facit. Hac ratione non absolute dulcedinem, sed leuiorem & obtusam oriri dicendum erat; cùm exempla absolutè dulcia non sint, quamvis nec leuior dulcedo eo modo oriatur. Neq; enim omne, quod ex acerbo leuiter ca-

Durum nihil
requiritur ad
dulcedinem.

Quid in hæc
Methodo inue-
stigandum.

B. lōre

LIBER I.

lere immutatur, manente eadem duritie, continuò fit dulce, vt
 exempla docent. Aut si hoc ad dulcedinem procreandam sufficit,
Non omnia
li: humi, dul-
cia sunt. cur hæc verba statim subiiciunt? Si acerbum illud calefiat
 & humectetur simul, aquæ quidem humiditate dulcedinem,
 aërea pinguetudinem creabit. Prioris quidem exemplum ad-
 ducunt Sapam: alterius verò Oliuam, & nuces oleofas. Si enim
 solus calor præstaret, vt de glandibus dixerunt, dulcedinem,
 quid opus est addere humiditatem? Cum enim dulcedo vnicū
 quiddam sit, erit etiam eius vna quedam summa causa, ratione
Prælii rei una
causa. cuius res omnis dulcedinis est particeps: quæ causa illis
 erat explicanda. Eam enim si nouissent, costantiores in hac di-
 sputatione fuissent, nec modò symmetriæ caloris, modò simpli-
 citer calori, modò calor cum humore iuncto, modò proprio ca-
 lori, modò acquisito, externoq; & igneo, dulcedinem acceptam
 retulissent: Nec eam modò calidis solis inesse affirmassent, &
Non omnia ca-
lia: humi, dul-
cia sunt. paulò post frigidis etiam tribuissent. Iam verò si calor cum hu-
 miditate communis & perpetua causa est dulcedinis, in quibus
 unq; medicamentis aut alimentis calor & humor exuperabit,
 ea dulcia necessario erunt. Continebunt enim in se veram &
 primam dulcedinis causam, quam non poterit non sequi pro-
 prius effectus. At nouimus quedam calida & simul humida,
 quæ à dulci sapore planè sunt aliena, quale est Buglossum tam in
 folijs quam radice, & Echium, & Orchis: quin & Rapa, quæ ca-
 lida & humida est, vix meretur dulcis appellari. Taceo alimenta,
 quæ magna ex parte calida & vñà humida sunt: quorum tamen
 per pauca dulcia rectè & propriè nominantur, nisi & rebus ip-
 sis & communi omnibus consuetudini loquendi vim faciamus.
 Etiam si verò quispiam id obtineat, omnia, quæ humorem cum
 calorem habeant, esse dulcia: tamen ex eo nondum confirma-
 bit, calorem cum humore suam dulcedinis causam esse.

Conse-

DE DVLCEDINE.

6.

Consequeretur enim inde, omnia dulcia naturam habere cali-
 dam pariter & humentem. At mel, tanquam canon omnium
Non omnia
dulcia calidæ,
humis sunt. dulcium, ad ordinem ferè tertium vñq; est calidum & siccum.

Perspicuum igitur est, humorem cum caliditate proprias in
 mixtione dulcium causas non esse. At si quis dicat, neminem
 vñquam propriam dulcium omnium causam ijs verbis, quæ sus-
 pra posuimus, quæ sijisse: sed his tantum in fructibus ex acerbi-
 tate maturis dulcedinis causam explanari: Is sciatur, ne in
 fructibus quidem veram dulcedinis rationem, ea explicatione
 doceri. Aut, si demus illam attingi, turpe tamen est ignorasse
 communem dulcedinis naturam, & tantum eam dulcedinem,
 quæ in fructibus maturatis est, explicauisse. Quid enim inter-
 rim de Mellis, Sacchari, Glycyrrhizæ, & Mannæ dulcitudine
 suauissima dicitur, quæ non ex acerbo fructu per humorem et
 calorem emollito, procreatur? Sed cum alia causa sit querenda,
 quam illi non potuerunt inuenire, constat eos, quod perpetuum
 & commune dulcibus omnibus est, prorsus ignorasse, atq; ideo
 ad singulorum explicationem se conuertisse. Est hoc etiam ve-
 hementer, tanquam à veritate alienum, reprehendendum, quod
 pronunciant, cum humorem qui calori iunctus acerbos fru-
 ctus dulces reddat, esse aqueum, & non aëreum, quod aereus
 liquor non dulcem, sed pingue saporem producat: quod
 quam rectè affirment, veritatis studiosi ex his, quæ statim dicam,
 perpendant. Nam dulcia ex evidenti aëris etiam portione con-
 flari, ex eo satis constat, quod ipse Galenus etiam meminerit cu-
 iusdam Mellis aërei, in quo, si cum calore aqueam solam, & non
Dulcia etiam
aëream humi-
ditatem habe-
re. aëream humiditatem abundare dixeris, quis hoc ferat? Quin no-
 strum mel è floribus summa & aërea stirpium parte colligitur,
 quibus tanquam cælesti rore aëreoq; liquore delibutis inest;

Bij qui

L I B E R I.

Plinius lib. ii. qui liquor, Plinio teste, interdum adeo copiosus delabitur, ut
capit. 12.
 eorum, qui per auroram sub dia agunt, vestes, tanquam melleo
 lentore inungat. Deinde & tenacitas mellis & bullæ, ac spuma
 inter coquendum copiosa, aëris naturam predit. Apes etiam as
 nimalia sunt aërea, à quibus mel & congeritur, & aliquid natu
 ræ accipit. Et Saccharum in arundinibus nascitur, quæ omnium
 plantarum maximæ sunt aëreae. In summa etiam arbore fru
 tus dulciores sunt, quam in ima. Et Lac, exempta aërea parte,
 butyro scilicet, amittit dulcedinem, & fit acidum. Immerito igi
 tur dulcia humore aëreo priuantur. Longè verò gratius hallus
Aqueum hu
morem non ab
bundare in dulcibus.
 cinati sunt, qui excluso aëreo, aqueum humorē ad dulcedinem
 creandam in rebus mixtis redundare putarunt: Aërei verò li
 quoris copiam, non dulcem, sed pingue saporem.
Aqua hebetat
sapores.
 In primis enim pingue, quem vocant, saporem, ne saporem
 quidem esse alias demonstrauit. Quod verò aquei humoris, vna
 cum calore, libertatem, dulcedinis esse causam existimant, ea in
 re & recte rationi, & sibiipsis evidenter aduersantur: cùm sa
 tis constet nimiam aquæ affluentiam, omnibus sapotibus aduer
 fari, eosq; retundere ac hebetare. Ut enim aquam sapore peni
 tus carere nemo ignorat: Ita quo quidq; plus aquæ in concretu
 suo accepit, eo languidiori sapore id ipsum præditum esse oportet.
 Nos enim non solum aquam, sed etiam aërem & terram &
 Elementorum quodvis, in naturali mixtura insigni portione cæ
 tera excellens, rem pro modo mixtionis insipidam, aut infirmi
 saporis constitueret alibi docebimus. Neq; enim in Saccharo,
 nec melle, nec glycyrrhiza, maximè dulcibus, ullam aquæ copi
 am animaduertimus. Nouimus verò contrà ob aquam, aut ca
 lone exhaustam, aut tempore consumptam, fructus non paucos
 reddi dulciores, quam initio fuerant, & huius rei ratio nemini
 ignota est. Sed non rationi tantum, sed sibiipsis aperte pugna
In dulcibus no
animaduert
aquam.
 tia di-

DE DVLCEDINE.

7.

tia dicunt, in eo, quod claris verbis affirmant, ab aquo humore
 dulcedinem in fructibus solui: et deinde, quod dulce obtusum,
 si præsertim aquæ humiditate abundet, leuiter possit esse frigi
 dum. Ex quo adhuc error non prætereundus emergit: ad dul
 cedinem enim constituendam calorem cum aquo humore re
 quirunt, cum propria vis & natura aquæ sit frigida, nec constas
 re cum calore, nisi violenter, possit. Violentia autem in natu
Aqua cum ca
lore non confe
fit.
 rali rerum mixtione absit, ita vt si calorem quis in re aliqua cum
 humore inesse concedat, eum necesse sit hūtiorem talem statu
 ere, qui calor i sit familiaris, qualis est humor aëreus, qui suæ
 natura calidus est, & calorem sustinet: Aqua verò non sustinet,
 nisi eius sit portio, quæ mox vincatur, aut vincat: quinetiam ca
 lor, quem omnibus dulcibus necessario adesse affirmant, aquæ
 (quam dulcibus adesse volunt) frigiditate solueretur. Nos
 quidem aquam à dulci contemperatione non penitus amou
 emus, ec reprehendimus hoc, quod dulcibus aliquæ portio aquæ
 tribuatur: sed id tolerati non potest quod aquo hūtiori vna
 cum calore, dulcedinis causa falso adscribatur: quæ vt non vera
 causa est, ita nec ab autoribus istis pro causa dulcedinis semper
 seruatur: cogente illos rerū natura sententiam mutare. Et quā
 uis maximè pugnat quæ iam diximus, nempe humorē a
 queum cum calore in fructibus causam esse dulcedinis, & vi
 cisim eundem humorē aqueum in fructibus obtundere, &
 soluere dulcedinem: tamen si veras & solidas rerum intuearis
 proprietates, neutrū compieras esse verum, sed vtrumq; ma
 xime à ratione alienum. Qua verò occasione in hunc errorem
 aliqui prolapsi sint, non ita difficile est perspicere. Vbi enim
 (sicut in viuis & alijs fructibus probè maturatis) partes tempe
 ratæ, dulces, beneq; excoctæ, cum aquo humore miscentur,
 quantumvis copioso, ei facile dulcedinem communicant. Aqua
 B iii enim,

enim, sicut & cætera humida, facile patitur, & impressiones, ut vocant, promptè recipit. Quare si in multam aquam vel parum mellis inieceris, eam reddes dulcem. Ita mustum quantumvis crudo aqueoq; humore redundant, & parum sit excoctum, dulce tamen esse consuevit ob partes vuarum etiam exiguae, ad coctionem & dulcedinem aliquam perduetas, et cum copioso aquo crudoq; liquore mixtas, eiq; dulcedinem impartientes. Et quemadmodum eidem aquoso humoris sæpè amari tenuis portio confusa totum liquorem reddit amarum: ita haud aliter in naturali mixtione contingit. Sunt enim amarus & dulcis sapor vehementer ~~et~~ sensuiq; obuij. Ideò è solis saporibus non tantum est iudicandum de mixtione: Fallit enim in Opio maximè, alijsq; rebus, ut dicetur. Neq; ergo, quod in dulci aliquo paulò copiosior est aqua, ea statim dulcedinis causa est iudicanda. Quemadmodum enim autè dixi, ob duritiem, & leuem ex acerbo factam per calorem mutationem, non rectè à quibusdam glandem appellatam esse dulcem, tantum quod hæc inesse glandi viderint: ita neq; fructus ob aqueum humorum & calorem in ijs apparentem, dulces congruè appellantur. Sunt enim abditæ & propriæ causæ inueniendæ. Nam vt copiosa aqua facile à dulci & amaro paucò saporem accipit, si ijs contemperetur, vel naturali, vel artificiosa mixtione: ita si eadem aqua obtuso saporis vel insipido commisceatur, suam naturam seruans, eum saporem vel talem relinquit, vel hebetiorem reddit. Hinc aliqui credidorent aquosam materiam soluere in fructibus dulcedinem, in eo ipso etiam errantes: ijs enim nulla vñquam fuit dulcedo, sed mixtio statim nativa ex tali portione rerum conflata est, quæ saporem producere dulcem nequivit. Ita multi solèt crebro nō causam (sicut Dialectici loquuntur) facere causam, intuendo apparentia tantum, nec inuestigando latentia. Sed qui in alijs auto-

*Cur falso hu-
morem solue-
re dulcedinem
quidam dixer-
int.*

autoribus singula hæc examinare instituat, is & plura inueniet, & laborem vt molestum, ita non planè inutilem suscipiet. Hæc adduximus, vt homines studiosi cognoscerent, quæ quorundam scriptorum sit doctrina de natura, mixtione, materia, causisq; dulcedinis & dulcium rerum.

Nunc verò, quid de facultatibus, quæ rebus dulcibus in sunt, ijdem sentiant, deinceps explanabo, & ostendam quantum hac etiam in re cum omnibus ijs, quos secuti sunt, errarint. *Quorundam de viribus dulcium sententia.* Ratio enim postulabat primò explicare saporis propriè, per se & exquisitè dulcis facultatem præcipuam propriamq;, et quatenus dulcis est: deinde eius facultatem, quam dulcedo indicat tantum (quia sapores ideò inquirimus) nec eius, vt rei dulcis, propria est: posthac vires differentiarum dulcedinis, id est, eorum, quæ impropriè dulcia dicuntur, indicandæ erant. Et in his viribus hoc obseruandum, vt primæ facultates dulcium primò enumerarentur, deinde secundæ, & cæteræ deinceps: quorum illi nihil planè obseruant. Neq; enim vñquam statuunt, quid propriè & exquisitè dulce sit. Igitur neq; eius vires indicare possunt, neq; cæteræ discrimina dulcium, quorum non pauca sunt, disponunt constituuntq;. Ergo simpliciter pronunciant, dulcium talem atq; talem esse vim, perinde atq; si vnum tantum genus, vna ratio dulcium omnium esset. Deinde modò quartas facultates ordine nullo seruato, modò primas proferunt, quartas scilicet alendi, quas valde vrgent, & primas calefaciendi. In quibus ipsis recensendis sparsum, & prout in buccam illis veniunt, sæpè & sibi, & ratione repugnant: quod adductis aliquot exemplis clarum faciemus. Et primùm quidem eorum sententiam de primis facultatibus dulcium variam & inconstantem *Erronea de primis facul-
tatibus dulci-
um sententia.* proferemus. Aiunt enim: & pingue, & omne nutriendis dulce est, & ex genere dulcium. Præterea subiungunt, id debet ne-

LIBER I.

cessario esse suaue, & amicūm, & moderatē calidum, quoad id,
quod nutritur: Quinetiam addunt, id quod suaue est, duf lex
existit: Vel enim euacuatum, vt cibus, replet, vel alteratum fa-
nati, id quod medicamentum iam est, refrigerando, vel calefaci-
endo: nutrimenta verò tantūm sunt, quæ familiaria & cognata
totis nutritorum substantijs existunt, quibus statim inest, vt
sint, videlicet, moderatē calida. Hoc igitur in loco dulcibus tri-
buunt moderatum calorem. Nec incepte fecissent, modo adie-
cissent clarius, cui speciei dulcium temperatus calor conueniat:
aut si in proposito saltē mansissent, nec hanc sententiam pau-
lō post mutarent, & ipsimet impugnarent: dum appellant dul-
cia (quæ iam temperata dixerunt) calida, & quò dulciora, eò
calidiora, cùm caliditas iam sit excessus, non symmetria. Ita

Gale. lib. 4. cap. 9. simp. def. m. f. cap. 9. 10.

enim, vt antea diximus, aperte docent: quod minus dulce est,
minus calidum est: & econtra, magis dulce, quo dulcius est, eò
calidius. Omnia quoq; dulcia pro modo dulcedinis calida in-
ueniri, & nihil valde dulce frigidum existere. Item quò magis
aliquid amarum, acre aut dulce est, eò calidius est. Quibus om-
nibus verbis rursus & rationi, & sibi ipsis toties aduersati sunt,
quot ferè verba protulerunt. Suntq; hī errores: primò cùm
dulcia vocarint temperata, & calor sit excessus, non rectè ea-
dem calida esse pronunciarunt: deinde cùm dulcia, vt ante mo-
nui, dixerint à temperato calore fieri, quo dulcius quidq; est, eò
temperatus, & non eò calidius erit. Quod verò quò dulcius a-
liquid est, eò calidius sit, eius rei nullam adferunt rationem, ni-
si quò viderint fortè mel valde dulce, & in secundo calidum,
cùm tamen eum calorem mel non habeat ab exuperantia dul-
cedinis, sed ab acrimonia, & terreis partibus perustis. Quod si vi-
dissent Saccharum, quod dulcedine melli nihil aut parum cedit,
& tamen moderatē calidum est, fortè ita non pronunciassent.

Ex alijs

DE DVLCEDINE.

9.

Ex alijs etiam patet, valde dulcia non esse statim etiam valde cas-
lida: quia musti quædam genera vinorum, præsertim debilium,
antequam feruent, valde dulcia sunt, non minus quām aliorum
vinorum, vt Mustum Necaricum: tamen frigidum est illud mu-
stum. Quòd frigidum sit, ostendit crassities humorum, flatus,
obstructiones, & corpus non excalefactum post illorum usum.
Vnde et id erroneum est, quod aiunt, nihil valde dulce frigidum
se intuuisse: quod idem mustum euertit, & Cucumerum quæda
genera, quæ melones vulgo vocant. Quorum quidam ad sum-
mam dulcedinem perueniunt: tantam verò copiam aquæ ha-
bent iunctam, vt non possint esse calidae. Est etiam Trebianum *vinum Trebi-*
anum. Hetruriæ vinum omnium dulcissimum, & tamen temperatè ca-
lidum: dulcius est Maluatico amabili, in quo igneus est calor.
Aiunt etiam simpliciter nutrimentum esse dulcissimum. Igitur
etiam quò dulcius, eò calidius, & id quò calidius in suo genere,
eò magis alet: cùm temperata alimenta esse debeat, & similia,
non qualitate aut calore modum excedentia, quia tunc medica-
menta essent, quod deinde dicam. Ea namq; ratione alterant,
non nutriunt, & alteratio medicamentorum est propria, non a-
llimentorū. Iam minus dulce, minus etiam calidum illis est, quæ
verba, si communiter de calidis dicta sunt, nihil absurdius dici
potuit. Cùm enim amara & falsa minimè omnium dulcia sint,
erunt etiam minimè calida. Sed etiamsi deimus ea verba de ge-
nere dulcium tantum accipienda esse, vt nimis in dulcibus,
quò minus aliquid dulce sit, eò minus etiam calidum compariat
tur: tamen ne id quidem perpetuò constat. Quia quo magis dul-
ce quippiam esset, eò etiam calidius esse oporteret, vt id perpe-
ram statuerunt. Sed id falsum esse, & exempla, & res ipsa declas-
rat. Exempla quidem paulò antè producta, vt Mustum, Me-
lones, Saccharum, & vina quædam: Rei verò natura, quòd dul-
cedine cedo

*Non quò dulcius, eò e-
tiam calidius.*

LIBER I.

cedo, aut sola rebus inest, aut alijs saporibus mixta: Si alijs saporibus mixta est, siue insignis ea dulcedo est, siue exilis & obtusa, vtroq; modo res & valde calida, et parum calida, aut etiam frigida esse potest. Ingens enim dulcedo cum calidis saporibus re calidam esse non impedit: minus autem dulcedo exigua, vt incinnatomo, calori obstat. Ita dum frigidis saporibus tam euidentis, quam languida dulcedo iungitur, res simul & frigida & dulcis esse potest. Sed de compositis saporibus post dicam. Nam neq; si dulcedo sola sit, tolerari sententia illa potest, quae tanquam perpetuò vera, & citri discrimen enunciata est. Si enim dulcitudo vberrima rei insit sola, ea res, vt ostendemus, temperata necessario erit. Interim vero, antequam id confirmemus, exemplum sit Saccharum, quo falsa illa sententia facile submouetur. De his enim plura dicturi sumus, vbi nostram de facultatibus rerum dulcium sententiam proferemus. Nam si leuior aliqua dulcedo (vt tandem intelligatur, an quod minus dulce, minus etiam calidum sit) sola in re aliqua sit, ea res, vt post dicam, vel frigida, humida, vel calida moderatè, vel sicca esse omnibus modis potest: non vero tantum minus calida, vt alij timido, anticipati, & tanquam hæsitante sermone proferunt.

Hæc de primis dulcium facultatibus multorum sententia est, quam nō solum, vbi ex professo de sapore dulci agendum erat, vt methodus & rei natura postulabat, non explicuerunt: sed sparsim etiam per multos libros disseminarunt, & tanquam indissimilia membra disiecerunt. Nunc vero secundas & tertias dulcium saporum facultates in proprijs locis prorsus neglexerunt: alibi vero, vbi institutum minus id postulat, eas attingunt. Facultatem autem nutritiendi in dulcibus, alios fecuti, vehementer inculcant, & ad nauseam vñq; repétunt. Qui de re illorum sententiam primùm proponam, deinde quam recte senserint via debo,

DE DVLCEDINE.

10.

debo. Omne nutritiens, inquit, dulce est, & ex genere dulcis *De alendi fati culare dulcium.* idq; merito ei inest, & quoad fieri potest, secundum ipsam alimenti substantiam: Nutritio enim repletio est euacuati. Familiare autem vacuatum erat: quare & nutritiens necesse est esse familiare. Si vero familiare, necessario etiam suaue & gratum, vt sunt dulcia. Deinde suaua etiam, vel quæ alterant, vel quæ instaurant, appellari scribunt. Quæ alterant calefaciendo & refrierando, medicamenta esse: quæ id quod decessit reparant, alimenta: haecq; cognata & familiaria totis nutritorum substantijs esse. Ex his colligunt dulcia talia esse cognata, scilicet, substantię, & ad alimenti substantiam requiri, vt sit dulce. Addunt insuper: & his statim inest, vt sint moderatè calida, atq; ob id medicamenta. Et ex hac collectione videntur illis suaua idem esse, quod dulcia. Alias enim non conficitur id, quod continentur concludere, scilicet: Nutritiens omne necessario, vt nutritiens est, dulcedinis particeps esse. quod etiam his verbis afferunt: dulce omnium alentium commune. Omne enim nutritiens magis vel minus est dulce, non nutritiens vero non dulce commune, & vt salsum, *σερπινός.* His statim subiiciunt: quæ ergo simpliciter acida aut amara sunt, aut quavis alia, præter dulcedinem, qualitate praedita, ea *τέρπεται*, id est, non alentia omnia sunt: quemadmodum quæcumq; dulcia solūm, ea nutritientia sunt omnia. Cætera vero cuncta cum dulcedine mixta alunt, eorum vero nullum per se solūm vim alendi habet. Quemadmodum igitur quod est exquisitè dulce, idem *τερπίμον* est: exquisitè vero amarum *τέρποφον*: ita quod in medio est, nutrit quidem, sed minus eo, quod simpliciter dulce est: ita de cæteris qualitatibus res habet, nulla enim, excepta dulci, alit. Quemadmodum igitur dicunt: quæcumq; cibi nutritiorum naturis similimi sunt, idem etiam dulcissimi apparent, & nulla præparatione indigent. Ita

C ii qui

*Gale. 4 simp
capi. 14. 17.*

LIBER I.

qui diuersam temperaturam habent, partim condimentis, partim coctione, partim vtroq; indigent. Paucis interpositis subnectitur: Quæ enim temperaturis nutritorum corporum similima sunt, sine coctione & præparatione statim dulcia apparent. Quæ verò dissimilia, omnia quidem insuauia, priusquam præparentur. Cùm autem latitudo in his omnibus sit, quod magis est acre, amarum, aut dulce, magis etiam est calidum, quod minus, contrà. Terminus autem amari saporis est abstergere, acris vrere, dulcis nutrire: Si exquisitè quodlibet horum secundum suam naturam se habeat, hoc est, si quantum fieri possit, cæterarum qualitatum mixtione caret. His locis atq; alijs pluribus, quos referre nihil attinet, conantur docere, dulcia omnia, quæ dulcia, nutrire: & omne alimentum dulce esse, idq; ad eius naturam requiri: non nutriens communione esse non dulce. Familiare enim suave & gratum esse oportere: dulce autem suave esse: quæ solùm dulcia, ea $\gamma\epsilon\delta\phi\mu\alpha$ omnia. Et qui cibi dulcissimi, iudeum etiam similiimi nutritorum naturis, vel temperaturis: Quæ dissimilia, omnia insuauia. Terminus exquisitè dulcis est nutrire, & amari abstergere. Hæc cùm veritati non per omnia consentiant, examinanda, & meliora veroq; similia sunt reddenda. In primis ergo admiratione savoribus non dignum est, in hodiernum vsq; diem, quam plurimos Medicos recte tributæ & Philosophos, omnesq; ferè, qui vnquam hanc rem attigerunt, foedum hunc & indignum errorem non mutasse, nec animas, quibus gnatum mouet, madueruisse. Omnes enim pleno consensu affirmant, dulcem saporem resq; dulces solùm alere, & propter dulcedinem ijs inesse vim alendi, adeò vt quidam dulcedinem ad alimenti naturam & substantiam constituendam necessariò requirant, existimantq; summam & propriam facultatem dulcium esse, vim hanc nutriendi, quemadmodum amarorum abstergendi. Quæ certè res

ctæ ra-

DE DVLCEDINE.

11.

Etæ rationi parum congruunt. Primum enim cùm omnes fateantur, saporebus rebus à natura inditos, vt ijs tanquam inditijs quæbusdam animantes per gustum familiaria, tanquam grata, discernerent à noxijs, vtputaing: atis; mirum est qua ratione saporibus alias quasdam, easq; agendi vires tribuerint, nempè abstergendi, penetrandi, aperiendi, & alias eiusmodi. Quæ certè non sunt facultates ipsorum propriè saporum, sed earum rerum, quibus insunt sapore: qui sanè sapore, præter id vt indicent familiaria & aliena, etiam tanquam notæ quædam testantur, eas res, tales habere facultates, quales singuli indicare nati sunt. Neq; enim amaritudo abstergit, neq; res amara propter amaritudinem abstergit: quia etiam acida dulciaq; abstergent, neq; proprium id est amaritudinis. Igitur non ob ipsam, sed propter partes terreas calore adustas, siccatas, extenuatasq; & excalafactas fit abstergio. Quam actionem caloris, sequitur sapor amarus tanquam index huius substantiaz, à qua ob succum exhaustum & nimiam caliditatem vis abstergend proficiscitur propriè, & non à sapore. Quamvis tolerabile fuisse, his saporibus agendi facultatem tribui, quæ in qualitatibus genere contineretur, vt extenuare, insipillare, exasperare, calefacere, refrigerare. Hæc enim actiones corpori certas qualitates inducunt, cùm & ipsi sapore sint qualitates: sed hoc quis ferat, quod satori dulci actionem substantiaz ascribant, dicentes eum facultatem alendi possidere? Cùm enim nutritio sicutilis substantiaz accessione fiat, quomodo id dulcedo præstabat, quæ qualitas & non substantia est? Non erat igitur signis rerum tribuenda vis causarum. Amarum enim significat abstersionem, non efficit, & eius propria vis est nimia ablutione & quasi deratione linguam ingratissimo sapore afficere: non autem in cæteras partes, quia amarum est, quicquam agere. Nulla enim pars corporis est, lingua excepta, quæ ama-

C iii ram

signa à causis
distinguenda.

^{A fine eo usq;}
^{saporum.}

^{sapores indi-}
^{cant facultati-}
^{tes.}

^{Amaritudo}

^{non abstergit}

LIBER I.

Axioma.

Dulcium ma-
xime propria
vit.

Causa cum
qua melius se
paranda à ve
ra causa.

ram qualitatem percipiat. Ita verisimilius fuisse de dulci sapore statuere, hunc, nimirum, per se non alere, nec alimenta dulcia ob dulcitudinem alere, sed per dulcitudinem indicari in re dulci facultatem nutriendi, facilius sustineri poterat; quamvis ne id quidem per omnia verum sit. Primum enim omnium, huius Axiomatis, & tanquam principij, perpetuo nos meminisse oportet: Sapores præcipue & maximè ad gustandi sensum pertinere, huncq; afficiendi propriam eorum vim esse, & si qua preterea facultas adsit rebus sapore praeditis, eam non saporis, sed alijs causis attribuendam. Cum enim dulcium prima propriaq; facultas sit, gustandi sensum æqualitate quadam suauissimè afficeret, hæc facultas primum erat proponenda tanquam propria. Deinde siquà facultas præter hanc dulcibus inest, videndum erat an à dulcedine tantum indicetur, an causa per se, an sine qua, vel cum qua dulcedine potius ea, quam aliam causam, sequatur: vt alendi facultas, quam dulcedini, vt puta qualitati, tribui non posse antè dixi. Si vero ad eam aliquid conferre concedamus, neimpè quod suauiter gustui occurrentia, dein promptius in corpus rapiantur, meliusq; alant, id non pro causa vera accipiendum est: Sed causa per accidēs, sine qua, & cum qua, separanda à causa per se: vt Aristoteles, priuationem, tertiu rerum principiū statuit nō per se, sed sine quo non. Si ergo faciunt dulcia aliquid ad nutritionē, non ita agunt, vt per se nutrit, nec quod dulce est, ideo nutrit, sed melius nutrit: Quia plures cause ad unum esse etum sèpè concurrunt, inter quas debetur actio seu effectus causa præcipue, hoc est, speciei et formæ substantiaeq;, non ijs accidentibus, nec quæ fortuitò adsunt: Sicuti paries non ideo paries est, quod sit erectus aut pictus, sed ideo quod partem domus sustentat & concludit: Ita alimentum non idem alimentum est, quod dulce

DE DVLCEDINE.

12.

dulce sit, sed quod nos alat. Propter similitudinem autem substantiæ totius nos alit, non propter qualitates tantum similes. Propter dulcedinem vero, aut in genere suavitatem, alumentum non præcipue alit, sed propter eam, vt dixi, melius alit: quemad modum quod paries iustè est erectus, non ideo paries est, sed melior paries est. Paries. n. est, quod sustentat & concludat habitationem: Sustentat autem propter firmam structurā præcipue: propter et qualiter erectam structurā non præcipue & simpliciter sustentat, sed melius sustentat, quām si paulū inclinatus aut nutans esset. Quemadmodum ad naturam etiam hominis nihil facit, vt incedat, vt venere utatur, vt hilaris sit, sed ad meliore naturam facit: quia proprium est, vt ratione utatur: ita alimenti proprium, vt alat, non vt dulce sit: neq; dulci proprium est, vt alat, sed vt gustum dulciter afficiat. Ergo ea in omni re, quæ propria sunt, à communib; separanda. Dulcedo enim medicamentis & alijs communitatib; separanda. Medicamentum enim aequè appellamus dulce atque alumentum: Medicamentum vero non què nutrit, ens atq; alumentum dici potest. Nutrictio enim alimenti propriæ, non communis medicamento. Quæ medicamenta enim nutritiunt id non, vt medicamenta præstant, sed naturam alimenti assimilunt. Sicuti vero dulcitudo, vt docui, non præstat mutationem, ita neq; medicationem. Quod vero dulcedo: alimenti non sit propria, ex eo etiam perspicitur: quod eas conditiones non per omnia obtineat, quæ proprijs rerum affectionibus necessario insunt, vt, scilicet, omni, soli, & semper adsit conuenienter: quemadmodum homini rationalem esse, vel loqui posse: Ita vt quibus hæc insunt, mutuo conuersti possint. Nam vero non soli alimento inesse dulcedinem, sed etiam medicamento & alijs rebus, iam perspicuum feci. Non vero omni alimento, ex eo

C iiii certum

*communitatib;
proprijs separanda.*

*Alimento non
est proprium
vt dulce sit.*

LIBER I.

Theophrastus
Lib. 6. de cau-
sis Plan: cap:
4. docet, que-
dam dulcia de-
leteria esse.
Non omnia al-
imenta dul-
cia.

tertum est, quod cibarius & cerealis sapor non propriè sit dulcis, sed innominatus, vt carnium sapor, panis & piscium. Ex quibus etiam sequitur, non semper inesse, quia quibusdam alimentis omnino non inest. Deinde non conuertuntur, vt falsò quicquid colligunt. Quicquid enim dulce est, non omne statim alimento est. Inest enim dulcedo etiam venenis quibusdam artificiosis et naturalibus. Solani enim genera, & papaueris ac Hyscymami satis dulcia sunt: Hinc etiam neq; omnia alimenta dulcia sunt, vt iam de sapore cibario & frumentario dixi, qui & ab ipso Galeno innominatus dicitur, nec, vt post ostendam, rectè ad dulcem referri potest. Eius enim natura dulcedini nō respondeat, sed totius substantiæ incognitam mixtionem sequitur. Qui certè cibarius sapor suavis quidem est, sed non dulcis. Assumunt enim nonnulli planè falsas positiones. Neq; enim omnino suave & dulce idem est, vt ipsi interdum colligunt & confundunt. Neq; omne suave alit, nec omne dulce alit, neq; suauitas neq; dulcedo simpliciter sine alijs conditionibus ad alimenti substantiam requiritur. Omnia enim hæc falsa ponuntur pro veris decretis, & ex ijs falsæ connexiones, vt in sequentibus docebo, nascuntur. Cùm enim videant non posse conuerti dulce & alimento, tamen hoc defendunt falsò. Erat illis prius videndum, quid peculiariter cum dulci & cum alimento conuertatur: quia cum dulci conuertitur, vt ijdem testantur, quicquid lingue cum suauitate eudenti occurrens eam occulto quodam consensu afficit, oblitus, replet, & complanat (hoc alijs æqualiter afficerre vocant) exasperatas atq; erosas eius partes: Hæc enim propria vis et nota dulcium est, Galeno teste, Lib. 1. Simplicium cap: 37. Tametsi nos hanc sententiam non vndequaq; probemus, vt latius infra disputabitur. Cùm ergo ex his & cæterorum decretis consequatur, sapores propriè gustum afficere, quicquid

DE DVLCEDINE.

13.

quicquid ita, vt nunc dixi, gustum afficit, Galeno, Platoni, Theophrasto, & cæteris dulce est, & quicquid dulce est, ita gustū afficit. Cùm ergo hæc eius sit propria vis & quæ separari à dulci nō queat: certè nutrire non erit propria eius facultas, eiusq; vel s̄p̄o, id est, terminus, vel finis. Habet & alimentum cum quo ex Galeni sententia conuertatur. Ait enim: Quicquid alimentum est, substantiam auget, & quicquid substantiam auget, alimentum est. Quamuis ne hoc quidem ab omni parte recipiendum videatur. Quia alimentum non semper auget, sed etiam sustentat, vt in ætatis, & senibus. Ergo quicquid substantiæ nostræ potest assimilari, est alimentum: & quicquid alimentum est, potest assimilari. Cùm ergo dulcedo habeat aliam proprietatem, aliam etiam alimento, cum qua conuertantur reciprocatione quadam, fieri nequit, vt inter dulce & alimento mutua sit conuersio: Si ea non est, nec vera & mutua proprietas, nec propria causa cum effectu inter hæc erit. Et si ad substantiam nutrimenti constituendam dulcedo necessaria est, eadem dulcedo nec in definitione alimenti abesse potest: Abest tamen in ea finitione, quam tradidit Galenus. Et si adeò propria nutrimenti est dulcedo, vt absq; hac nutrimenti natura non constet, nihilq; nisi dulce alat: hanc certè dulcitudinem ab eo, quod nutritur, percipi necesse est. Si enim non percipitur, frustra inest. At nouimus quosdam, qui cerebri & lingue vitio gustatum in omnem ætatem amiserunt: nihilo tamen minus probè aluntur. Ex quo perspicuum est, dulcedinem ad nutricionem non necessariò requiri, sed aliud quiddam esse, quòd præcipuum alendi vim præstet. At dixerit fortè quispiam, tametsi lingua obstupuerit, à cæteris tamen partibus, quæ alimento egent, dulcedinem sentiri. Ego verò non ignoro cæteris partibus vim inesse, qua nutrimentum sentiant allicantq; quæ facultas etiam plantis non

Lib. i. de sim-
pli: medi: fa:

Ad definitio-
nem alimenti
dulcedo nō re-
quiritur.

D deest:

LIBER I.

deest: Dulcia verò, amara, acida, cæterosq; sapore, ab illa alia corporis parte, præter linguam, percipi, vehementer nego: nisi quis etiam colores & sonos à naso & cæteris partibus discerni contendat. Præterea nutrimentum, quatenus nutrimentum est, notionem & substantiam communem omnibus ijs, quæ nutritiuntur, habet, eiusq; ergò perpetua proprietas dulcedo perpe tuò aderit: secundum enim ipsam alimenti substantiam adest, Non omnia & omne nutritiens dulce est. Si itaq; perpetuum hoc est, & substantię nutrientium peculiare, consequitur, omnes stirpes, & omne genus animantium, & in vniuersum quicquid nutritur dulcibus nutritiri. Stirpes verò dulcitudinem non sentiunt: quare ociosa & superuacanea erit: Nec vniuersæ (præsertim falsæ & amaræ) dulcibus aluntur. In animantium verò genere, Capræ amaris, Asini paleis, Reptilia pleraq; terra & luto probè aluntur: quoruñ nihil dulce rectè dixeris: Sed forte habebunt aduersarij quo se tueantur, nempe, à quo alatur quodq; id eidem dulce esse. At hi non perspicuunt, quām absurdā defendant. Cūm enim amaris quædam, quædam insipidis, quædam alijs atq; alijs, multa verò non dulcibus alantur: necesse erit amara, & plurima non dulcia, dulcia appellari, & amaras plantas quibus capræ, & paleas quibus Asini, & terram qua reptilia aluntur, esse dulcia: & dulce quoq; esse Absinthij ac Colocynthidis è terra attractū alimentum, quo non video quid ineptius dici possit. Porrò nec rationes villas, necessarias quispiam potest afferre, quibus persuadeat omne nutrimentum esse dulce, & vicissim omne, quod dulce sit, esse nutrimentum. Quod enim alimentum familiare corporibus nutriendis esse oporteat, id admittimus: Quod verò quæ familiaria sunt, eadem & dulcia sunt, id, tanquam apertè falsum, & vitiosa collectione affirmatum, rejicimus, vt ex ijs, quæ paulò antè à nobis allata sunt, & his, quæ mox dicentur, manifestum

DE DVL CEDINE.

14.

stum erit. Quod enim familiaria nobis & amica, plerumq; simul etiam suavia sint, ideo & dulcia eadem esse quidam existimant: dulce nimis idem putantes esse quod suave: hæc opinio recipienda non est, quam paulò etiam antè falsam esse, ostensurum me proposui, & nunc quidem id præstabō. Suave enim ampla & communi appellatione longè plura, quām dulce, complectitur, etiam propria significatione, extraq; saporum iucunditatem: vt si quis aquam suauem, amicos suaves, sermonem suauem dicat. Dulcia verò si genus saporum excedant, iam translatione quadam usurpantur. Deinde sunt, qui suave substantia & qualitate dici opinantur: Substantia, vt alimentum: Qualitate verò, vt medicamentum. Qua in re mirè negocium implicant. Non solùm enim eo innuunt, suave non idem esse quod dulce, sed etiam alios committunt inconsideratè errores. Si enim omne dulce alit, & quod alit, dulce est, ac dulcedo ad substantiam alimenti constituant, necessaria est, & alimentum in substantia tantum positum est: dulce nullam iucunditatem in qualitatis genere afterre potest. Quod tamen poterit, si id idem est quod suave. Idem de suavi accipiendum, si id cum alimento necessariò connexum est, nec ab eo separatur, & substantia suauitum, nec verò qualitate, corpus afficiet. Sed certè vt suauitas & dulcedo non idem sunt (dulcedo enim è genere suauitatis est, cùm suauitas communior sit) ita nec omnia suavia, neq; etiam omnia dulcia alunt, & quæ ex his alunt, ea nec propter suauitatem, nec propter dulcedinem alunt, si cætera, quæ præcipua sunt, considerentur. Quin & suauitas proprius ad totam substantiam rei, quām dulcis sapor, accedit, qui qualitatibus euidentioribus acceptus refertur: Ideò alimenta rectius suavia, quām dulcia, & cibos recti omnes homines appellant suaves & gratos poti, quām dulces. Suauitatis enim appellatio rectius cibario sa-

Suavia & dulcia non idem esse.

D ij pori

LIBER I.

Suauitas à substantia pori (vt qui substantiam sequitur, & cibis substantia efficax est) *ta substantia est, dulcedo non.* aptatur, quād dulcitudo. Est & alia longē imbecillior ratio, qua monstrant, dulcia in primis aleare, quōd nimis valde similia nobis sint. Similia autem esse, quōd vel nulla, vel leui, vt nos alant, mutatione indigeant. Vnde & omnino affirmant, quae nobis similitia sint, citra etiam præparationem statim nos aleare, & quōd dulcius aliquid eō similius etiam nobis esse. Dulcisima autem omnium similitima. Ideoq; maxime dulcia, maxime aere. Quae quād falsa sint omnia, quāmq; inquis & infirmis *Dulcia non est principijs constent ac nectantur, mox docebo. Dulcia ergo si se nobis similima.* milia maxime nobis esse, nulla ratio persuadet, cum dulcitudo mera qualitas sit: In alimentis vero, vt sāpe dictum est, substantiae similitudo requiratur. Nec quod qualitate nobis simile est, id statim & substantia est, quamvis tie qualitate quidem dulcia omnia nobis similia sint, vt mel, quod superat nostrum calorem, cum vt dulcissimum, ita similitum esse deberet. Nec etiam substantia nobis simile est. Nec temperato calore dulcia substantiae similia sunt, quia varietas partium corporis repugnat. Quod vero dulcia exigua mutatione indigeant, vt alant, id ēquè falsum est. Neq; enim omnino ob dulcedinem quicquam alimentum esse iam monstratum est, neq; qualitas dulciū, si prompte mutetur, prompte etiam alit. Neq; quod maximum est, dulcia unquam in substantiam vertuntur, quia in plenisq; corporibus statim amara fiant. Et quod dicitur, quod dulciora quāq; Hæc, si recte sint, eō magis alere, huius propè contrarium verum est, eō e consideretur, nīm minus alint. Neq; in alimenta adhibentur pituitosī, vt a non pugnant, que in lant: sed condiant, abstergant, calefaciant. Si enim quicquam ali- fra traduntur limento confert dulce, id est, vt cibum suauorem reddat qual- de dulcum a- tate sua gustabili, non substantia alēndi, nec quōd dulcia, sed quōd abstersa pituita promouent coctionem, & calorem indu- cunt,

DE DVLCEDINE.

15.

etūnt: ideo senibus & frigidis, Galenus, mel, ait, alimentum esse, cæteris naturis nequaquam, sed dampnum potius adferre, & amarit, & in bilem verti: quod futurum non erat, si mel, vt dulcissimum est, ita nobis similitum foret. Neq; in amarum, naturæ penitus adierit, commutaretur tam facili lapsu: Sed statim, vt puta similitum, in nostram naturam conuerteretur. Si quis autem dicat, propter mellis intemperie id fieri, fatemur, & videmus illius nullam haberi rationem. Ea enim mel, quamvis rem dulcissimam, nobis reddit dissimile. Preter hec quoq; si quis rerum naturam diligentius intueatur, & rem exemplis experientiaq; examineret, omnia hæc absurdissima & falsissima comperiet, nempe quod dulcissima nobis sint similitima, dulcissima esse τεοφιμδατα, maximeq; nutrire, & similitima ac familiaria maxime statim sine præparatione & mutatione alere. Caro enim Pullorum, Caponum, Hædorum, Vitulorum, dulcedine à saccharo, melle, ficubus, pomis, sapo, & alijs huiusmodi longe superatur, teste cuiusq; gustatu, quo solo sapores sunt discernendi. Iam vero neminem puto vsq; adeò ineptire, qui mel, poma, ficusq;, quo dulciora carnibus enumeratis sint, eō efficaciorē nutriendi facultatem obtinere contendat. Longe adhuc ineptior erit, qui Saccharum, & Mannam dicta, pomaq; dulcia magis nobis esse similia, affirmari, quād carnem Gallinorum, quād humore & calore moderato totaq; substantia nobis rerum omnium est longe similitima. Quod cum & ratio, & quotidianus usus testetur, nequaquam alimentorum similitudo dulcedine est estimanda. Et quis perplexas & evidenter falsas illas opiniones ferat? Nihil enim in his est solidum, nihil perpetuum. Et certè miror tantam securitatem ac infirmitatem quorundam ingeniorum in his rebus, vt ne perpendant quidem, quid è quoq; pronunciato absurdī possit consequi. Quid enim inconside-

D iii ratios

*caro pullorum
nobis similior
dulcibus omnibus.*

ratius est, quām ex leui principio, quod possis facile cauere, delabi in res absurdissimas, & à communi ratione, sensu, experientiaq; alienas? Quod enim nostra corpora maximē solisq; dulcibus alantur, hūius pronunciati ratio erat ijs reddenda: quam sānè afferunt: quōd, scilicet, dulcia naturę nostrę grata, familiaria, similiaq; sint. In qua ratione affirmanda cūn multis modis impegerint & aberrarint: necesse fuit, eos in cæteris omnibus, quę ex hoc, tanquam principio quodam, ducta sunt, hallucinari, & absurdos plurimos ac inextricabiles errores disputationis progressu deuolui. Quorum præcipuos iam deteximus. Qui verò supersunt, idem etiam sunt tollendi, vt ijs, tanquam caligine quadam, discussis & sublatis, syncerior doctrina, ipsaq; veritas clarius elucescat. Quōd ergo nec qualitate, nec substantia vniuersa dulcia nobis sint similia, & quōd quædam languidè, & vix dulcia & obtusa nobis longè sint similiora dulcissimis, magisq; nutriant, exemplis & rationib⁹ satis ostensum est. Iam verò ex ijsdem rationibus falso & perperam assumptis aliis etiam error educitur: Quōd cibi nobis similimi sine præparatione statim dulcissimi appareant, nec præparatione vlla, id est, nec condimentis, nec coctione indigeant. Ego verò neminem vñquam vidi, cui cruda gallinarum caro sine præparatione suavis et dulcis viſa sit. Neq; enim de agrestium hominum, vt neq; de cæterarum bestiarum alimentis hæc disputatio est instituta. Iis verò hominibus, qui in ciuili societate viuunt, & temperati sunt, alimento omnium similiimum est caro pullorum Gallinaceorum, testante hoc ratione, experientia, & magnorum virorum, ipsiusq; Galeni autoritate: Quę tamen caro, si & coquatur, & conditatur, & lautè appetetur, multis modis suauior, certè & dulcior erit, quām si cruda apponatur. Quod quidem priori sententia, ypotre absurdæ, ridiculæ, & falsæ, repugnat; nisi in gratiam aliquius,

cuius, posthabita veritate, quispiam credat, dulcissima esse nobis similia: quod quām minimè admitti possit, satis docuimus. Neq; enim id etiam perpetuò verū est, quōd similia nobis alimenta minima mutatione (ita enim ἀλλοίωσιν appello) egeant. Siquidem similia sunt, non quę vni aut pluribus partibus naturę cognata affiniaq; sunt, sed quę tota substantia, toti nostræ naturæ, & omnibus partibus corporis, quām fieri potest similia deprehenduntur. Non enim hæc specie eadem esse necesse est. Nam id non similitudinem, sed ἀυτότα, quam barbara vocē identitatem nominant, efficit. Iam certum est alimenta quædam præ cæteris spiritus & natuum calorem reficere: quædam in primis humores reparare: quædam præcipue carnem gignere: quædam peculiariter solidiores corporis partes sustentare. Quę verò cuncta hæc simul præstent, vel nulla, vel per pauca sunt: Ideo propè necessitas naturę homines ad escarum varietatem allicit: Quę varietas, si modum habeat, utilis est minimęq; vituperanda. Vix enim quisquam vno simplici codemq; genere cibi diurno tempore probè ali queat: sed varietas proptermodum necessaria est, vt cùm desint quę spiritus, carnes, ossa, similal, solo id ciborum discriminē consequamur.

Iam demus, similiimum quiddam nobis esse, quōd cunctis partibus corporis alimentum præbeat, id non, quōd similiimum sit nobis, id est, omnia membra aleans exigua mutatione indigebit. Nihil enim quicquam toti corpori adeò simile est, quin, si corpus ex eo sit instaurandum, plurimis, & varijs, antequam omnes partes alat, mutationibus idoneum corpori reddatur. Primo enim, si, exempli causa, caro sit, præter externas præparations mactationis, lotionis, conseruationis, coctionis, condimenti, primum dentibus commansæ, deinde in ventriculo coquitur, & in liquorem versa in venis Mesenterij h̄eret, qui postea ad Hepar ductus ex

D iiiij quisi-

LIBER I.

quisitiori adhuc coctione subigitur, & præterea in venis, in absolutum & perfectum sanguinem, elaboratur calore cordis in sanguinem venis conclusum agente; è quibus effusus in habitu corporis exactius adhuc contemperatur, & singulis partibus nutriti aspergitur, apponitur, agglutinatur, & postremò omnium assimilatur: ita ut alimentum quod antea similimum nutritio erat, iam idem fiat: Idq; quomodo exigua mutatione fieri credibile est? Hoc enim falsum esse testantur, quas iam recensui, ambages mutationum alimenti, antequam ad perfectam assimilationem perueniat: præsertim verò ea pars, quæ ligamenta ipsaq; ossa nutrit, tardissimè perfectionē suam, nec nisi inter medijs varijs transmutationibus, assequitur. Ita de ceteris, prout ad ossium naturam proprius accedunt aut longius absunt, sentiendum est. Ex his perspicitur, similima non leui mutatione, sed multis & varijs alterationibus eò perduci, ut alant: Quòd si quis vrgeat, dulcissima similima esse, eademq; facili mutatione nutritre: Hæc anteā ostendimus nobis multis in rebus potius dis similia esse, & si in corpore nostro mutentur à calore, non in alimentum, sed corruptionem verti, & parum dulcia, aut prorsus non dulcia potius, nobis similima esse, quam ea quæ dulcissima sint. Ergo dulcissima nec sunt nobis similima, nec facile, sed ferè nunquam, in naturam nostram vertuntur. Neq; enim in vniuersum ea, quæ similima nobis sunt, siue dulcia, siue non dulcia sint, facili mutatione transeunt in nostram substantiam, sed varijs & perplexis naturæ operibus. Fortè autem deceperunt nonnullos ea, quæ certas in corpore partes alunt & recreant. Quæ enim spiritus reficiunt, ea propter tenuitatem vtriusq; naturæ celeriter hoc expediunt: ut vinum odorum & aromata, vel ipsis odoribus spiritus nostros recreant. Ita quæ humores ac sanguinem restituunt, non ita celeriter, citius tamen ijs omnibus,

DE DVLCEDINE.

17.

bus, quæ solidas partes nutriunt, id efficiunt: ut vinum paulò crassius rubeum, & vitellus ouit; sed omnia hæc exiguum vim ^{vinnum & s-} habent in solidis partibus instaurandis. Qui enim solo vino ^{ut non omnes} teretur, spiritus quidem recrearet, sed cæteras partes exha- ^{partes alunt} riret, vnde & spiritus inflammaretur. Et qui solo luteo ouo- rum vesceretur crebro, ne hic quidem solidis partibus satis consuleret: Ideò quidam scribunt fugax ouorum esse alimen- ^{fugax ouorum} tum: Plurimùm enim alunt, sed facile id alimentum evane- ^{alimentum} scit, quòd nimirum humores tantum alant resolutioni obno- xios. Et certè videmus plerosq; omnes, qui delicatis vtuntur cibis, spiritus quidem & humores augere, atq; ideo ingeniosos & pulchros esse, firmo autem & robusto corpore non esse. Neq; enim alimento solidis partibus idoneo vtuntur: néc propter ocium solum, sed propter alimentum debiles sunt. Et rustici non ob laborem tantum, sed crassitatem alimenti, quæ solidis conuenit, robusti sunt. Et videmus plerosq; robustos etiam Nobiles, ut Saxones, sua sponte delectari ac ferri ad crassa alimenta, natura eos incitante: Et vescuntur suilla, quæ certè inter carnes similima recensenda est, & tamen non nisi multa & difficulti mutatione assimilatur: assimilata verò abundè nutrit. Non de sunt exempla rerum nobis valde similium, quæ omnino ad alime- ti perfectionem indigent & mutatione, ut sunt omnia genera carnium, & panificia, & omne opus pistorium, & alia eiusmodi.

Hoc etiam ferri non potest, quòd aliqui dicunt, ea quæ dul- ^{Non dulcia} cia non sint, condimento aut coctione talia facta alere, cùm ali- ^{non ideo alere} ãs non habeant vim alendi: Ita ut existiment, omnia condimen- ^{quod coctione} ta, omnem coctionem, omnem præparationem externam eò spe ^{aut conditura} etare, ut quæ dulcia non sint, reddantur dulcia, & dulcedine ac- quisita alant. Sed antè in vniuersum id submoui, quòd nec dul- ^{Dulcedo non} cedo, nec propter dulcedinem quicquam alat. Quomodo ergo dat quod non dulce- ^{dulce habet.}

E dulce-

dulcedo in condimentis largietur cæteris rebus id, quod ipsa per se non possidet? Dulcedinem ergo cibis in primis conciliamus, vt suauiores & gratiorens sint: quæ suauitas si interdum causa est, vt alimentum melius nutriat, nunquam simpliciter, vt nutritat causa est, quia gratissima sèpè sunt nocentissima: Et, Nitimur in ueritatem semper, cupimusq; negata. Neque certè concoctio ciborum in id instituta est, vt dulcedinem cibus adeptus efficacius nutrit: sed vt crudiores partes externo calore præparentur, quæ debiliori & miti nostro calore vinci in crudo aliamento non poterant, Itaq; non omnis præparatio eò spectat, vt dulcedo alimento concilietur, qua nutrit: sed, partim vt facilius vincatur alimentum, partim gratius sit, siue dulcedinem, siue aliam qualitatem præparatione acquirat. Solùm enim dulcedinem in alimentorum apparatu non querimus, quæ sola adeò non confert ad nutritionem, si alimenti materia inepta sit, vt eti

si mali succi alimentum vehementer ob sit. Si enim mali succi alimentum aliquod cibis conditur dulcibus, non ideo alio.

am dulcedine condiantur, id non sit inde melioris naturæ succi: sed suauius atq; eam ob causam copiosius deuoratur, quam par sit: ita vt canes etiam spongias oleo frictas deuorent. Sunt etiam, qui coriaceas manicas vsu detritas, & sordidas, aqua coctas & maceratas concisasq; , dulci iure condiant, & per iocum endendas apponant: quibus pleriq; re non animaduersa, vescentur, nisi detecta fraude abstinerent: qui propter dulcem illam conditaram, nihilo plus, opinor, alimenti erant percepturi, cum materia sit alienissima. Et certè adeò absurdum est hoc dogma, vt quisquis id tucatur, fateri cogatur, aquam fontanam pauco melle conditam eximiè alere, ea enim vincet dulcedine & oua, & Caponum, & Perdicum carnes. Vnde neq; hoc probè dictum est à quibusdam, quod elementa ideo non alant, quod & sive sint, & saporis qualitate destituta, vt aqua pura, cui certè

certè, vt iam dixi, saporem facile addes: verum, vt alat, & grè efficies: quemadmodum & purissimam terram, & in primis insipidam, liquore dulci conspersam & subactam, dulcem facilè reddes, nutrientem non reddes. Iam non desunt terrarum genera, quæ suaptæ natura, & dulce quiddam, & alios sapores obtinent, nec tamen propterea corporibus alendis apta sunt. Nec mulieres pica laborantes, dum varias terras audiissimè deuorant, ijs nutrituntur, quanquam & deprauatus appetitus causa hæc sit: tamen, quod substantia terrarum nutritiends hominibus aliena sit, præcipua ratio est: quam rationem in ijs, qnæ propter solam dulcedinem alere dixerunt, perpetuò, vt loquuntur, subaudiendam aliqui clamabunt, nec in his sibi errorem imputandum. At cur de dulcibus disputantes perpetuò solam dulcedinem ad nutritionem necessariam vrgent, substantiæ similitudinis, quam alibi rectè veram alimenti causam statuerunt, penitus obliti, eamq; ne verbulo quidem attingentes? Cur antea rectè posita principia hic non sequuntur? Sed ab ijs deficiunt, & quod substantiæ similitudini debetur, id ad naufragia vsq; soli dulcedini toties tribuunt? Cur incautos & parum exercitatos iuuenes, imò maximos suos sectatores in hanc ambiguitatem & ignorantiam rei necessariæ coniiciunt? Aut si subaudiendum hoc est, in quo caput rei versatur, cur non ita omnes omnium hominum errores excusamus? & cur hoc loco adeò parci in verbis omnino necessarijs exprimendis fuerunt, qui alibi ferè semper in rebus superuacaneis verbosissimi esse consueuerunt.

Si præterea dulcedo necessaria & certa alimentorum proprietas est, neq; tamen ad substantiam alimenti requiritur (hanc enim sententiam rationibus iam submouimus) fortè qualitas eiusmodi est, quæ tametsi alimento parum conferat, vt nutritat;

E ijs ta-

LIBER I.

tamen necessaria sit cuiq; nutrimento, vt tanquam certum & proprium indicium vim alendi ostendat indicetq; : Ita, vt in omnibus rebus nutrientibus certus modus dulcedinis, vel, re-ctius, suavitatis quasi index, & hedera quædam suspensa, ani-mantes ad capessendum alimentum alliciat inuitetq; & securi-tatem familiaris & cognatae substancialiæ polliceatur. Sed neq; hæc constare possunt, si rationes euentusq; rerum consulamus.

An dulcedo
propria sit nos-
ta alimento-
rum.

Vt cunq; enim quis fateatur, suam certamq; cuius alimento suavitatem dulcedinemq; inesse : tamen non perinde quæuis

Suauitas &
dulcedo non
propria nota
alimenti.

res suavis dulcisq; nutriendi facultate prædicta est. Cùm ergo suauitas dulcedoq; non peculiaris & propria sit solis alimentis, sed alienis quibusdam & malè nutrientibus rebus inesse com-periatur : hac ratione, vt incerta & fallax nota, animantibus cæ-terisq; rebus alimento egentibus imponet, & sæpè inimica ad uerlaq; pro cognatis & salutaribus indicabit. Et, quod hæc no-ta parum tuta sit, ipse vñs, præsertim in ijs quæ ratione vtun-tur, ostendit. Homines enim alimenta nulla facilè attingunt, quæ non diuturno vñsu & consuetudine comprobata cognitaq; sint. Nec quisquam rem dulcem, quæ ignota omnibus sit, de-uorabit soli confusus dulcedini. Vera igitur & solida alimentorum probatio non suavitate aut dulcedine, sed vñsu experien-tiaq; constat, quæ omnium est securissima : Proxima verò cum cæteris animantibus nobis communis, est naturæ iudicium im-petusq; certus, quo suavia quidem prosequimur appetimusq;,

Suauitate ho-
mines & be-
stie falluntur.

euicitamus verò & respuimus insuavia ingrataq;. Qua tamen in-re tam homines quam bestiæ falluntur. Homines quidem suauia sæpe venena hauriunt, & largius audiusq; sæpè suaves, sed simul insalubres cibos, non sine graui valetudinis detimento assumunt. Armentis sæpè ex herbis noxijs in pastu sumptis morbi pestiferi incident: sæpè ilia rumpuntur: sæpè alia ra-tione interitus affertur. Lupi gustato Lycosteno herba, qua

delectan-

DE DVLCEDINE.

19.

delectantur, in rabiem versi intereunt. Gallinæ fructu Solani, quem appetunt, extinguuntur. Vidi superioribus annis, prope Misenum oppidum, herbam, cuius pastu Boues mox crepant, & viscera effundunt. Asini interdum in Hetruria, audiens de-pasta Cicuta, tanto sopore opprimuntur, vt dimidia parte exco-riati, aliquando expurgiscantur: rusticis eos interisse existi-mantibus, quod etiam alij scriptis prodidere. Tantum ergo so-lertiae ex naturæ iudicio nulli animantium est, vt solo sapore & dulcedine, quæ hæc non indicat, deuitet ac declinet noxia. Sen-sus enim gustandi non indicat ea, quæ ad rerum naturas sub-stantiasq; pertinent, sed sola experientia. Nec Scammonij vim purgantem, nec Opij stupefacientem à sapore conjectare licet. Itaq; neq; pane vescimur, quod dulcedine quadam, vt alimen-tum, nobis innotuerit: sed quod repulsi glandibus, iam diutur na consuetudine experientiaq; mortalium, depræhensum sit, pane nostra corpora feliciter ali. Et cùm alimentum etiam ad substantiam nutritorum corporum pertineat, & cuius vis à tota natura insit, ne ipsum quidem sapore depræhendetur, sed experientia, vt singulæ vires occultæ à formis ac substantia re-rum prodeentes.

De vera appellatione & nomine dulcium.

CAPVT III.



X ijs quæ hactenus à nobis disputa-ta sunt, satis patere arbitror, quam incerta, negligens, intricata, ac inconsistens de dulcium natura, mixtione, facultateq; sit quorundam doctrina, quæ ratione & via vñq; adeo caret,

E iij vt ne

Petrus Andre-as Matthiolus
in commenta-
rijs in Dioſc;

Vñs experien-
tiaq; indicat
que alimenta
sunt salubria
vel noxia.

LIBER I.

Communisima dulcium appellatio in propria, & ex prae genio sapore.

vt ne nomen quidem rei, de qua disseritur, rectè ab ijs usurpetur: quemadmodum initio huius disceptationis indicaui: De quo tamen si certius quiddam, quām factum video, statuissem, fortè res etiam ipsa redditia illustror esset, nec tam ambiguam fruolamq; de dulci sapore sententiam vt supra diximus, ab ijs accepissemus. Neq; enim facilè apud quenquam inuenias negotium ita tractatum, in quo non possis plurima desiderare. Nos certè non cupiditate rixandi, sed studio veritatis adducti, quædam à veteribus hac de re negligentius scripta conamur illustrare & perficere: quædam mutamus, quædam prorsus submoveamus: & à nobis ex cogitata plurima adjicimus: non pauca ex confusione in ordinem & methodum digesta, meliori, ni fallor ratione disponimus. Nunc ergo de appellatione dulcium, vt instituta methodus postulat, primum est agendum: Quæ in re fieri non potest, vt nomen probè discernatur, nisi rei etiam ipsis discrimina non nihil attingantur. Dulce igitur à delicio vel delicijs nomen accepisse videtur, quod dulcia in primis allicant & delectent. Hinc factum est, vt dulcedinis vox, communis appellatione & larga nimis metaphora, de suauibus gratisq; rebus vniuersis proferatur, siue animo, siue corpori voluntatem afferant. Ideo appellamus dulcem amicum, dulcem coniugem, amorem, liberos, oscula, alloquia, sonos, soporem, aurum, calorem, umbram, & alia eiusmodi: quæ grata quadam voluptate nos quoquo modo afficiunt: quæ singula & extra saporum genus, & cum primis impropriè dulcia nominantur. In saporum autem natura maximè alieno vocabulo dulcia non sunt, sed ne sapore quidem ullo praedita, & penitus & insipida existunt. Hoc modo aquam dulcem appellari, quæ sincera sit, nec sapore infecta, consuetudo iam obtinuit: fortè quod eiusmodi aqua, vt dulcis non sit, nullam tamen inferat linguae

DE DVLCEDINE.

20.

linguae molestiam. Præter rem etiam & planè immerito passim à scriptoribus dulcia appellantur, quæ tametsi sapore non ex toto destituantur, vt ea quæ insipida iam dixi, eum tamen obtusum & ignavum & ~~ανυδρόν~~ vt Græci appellant, & nequaquam dulcem sunt consecuta: de quibus & ipsis iam antea satis superq; disputauimus: Exemplum est Calx lota in siccis terrenis, Cucurbita in humidis aqueis, oleum & pingua in aëreis. Et horum quidem omnium, quæ hactenus recensui, nihil vere, nihil iuxta rei naturam, sed prava loquendi consuetudine, quæ scriptorum negligentia inualuit, dulce appellatur. Propriè autem dulcia vocantur, quæ, vt iam indicabo, dulcedinem singula habent, pro cuius modo appellationes sunt discernendæ. Eorum itaq; quæ propriè dulcia nominantur, quædam maximè & simpliciter talia sunt: quædam verò non absolutè, sed communicatione dulcedinis, eiusq; vel maioris vel minoris: quæ cuncta iam singulatim apertius adductisq; exemplis declarabo. Absolutè igitur et simpliciter vereq; dulce dicendum est, in quo perfecta, & sola summaq; dulcedido est, quæ veluti saporum perfectio quædam, & tanquam Canon, mente quidem concipiatur, in rebus autem vix usquam reperitur, verumq; Nectar dici merito posset. An verò uspiam tale quiddam sit, post inquiram, vbi de dulcium differentijs sum acturus. Eorum verò quæ ad hanc summam dulcedinis absolutionem non perueniunt, discrimina non pauca sunt, quorum quodq; iuxta modum dulcedinis, cuius particeps est, nominari debet. Quod enim adeò excellentem, eximiam, exuperantemq; dulcedinem habet, vt cæteri sапores, aut vix, aut omnino non percipientur, id dulcissimum quidem, quoad nostrum sensum, est appellandum. Tale enim est, vt dulcius nihil nobis facile occurere posse, &

E iij quod

Propriè dulcia.

Absolutè dulcia.

canon dulcium.

LIBER I.

quod à dulci absoluto (quod saporum perfectionem paulò ante dixi) parum absit: Cuiusmodi sunt nobilia & dulcissima quædam vini genera, & ferè id etiam, cui hoc tempore in Hetruria Trebiano nomen est, & mel recens optimum purissimumq; ² Sapa è Trebiano parata, Saccharum præstantissimum. Quæ vero prioribus minorem participant dulcedinem, ea aut eidens est, aut languidior; quæ eidens est, vincit quidem cæteros sapores, qui in eadem re conjunguntur, ita tamen, ut non opprimantur penitus à dulcedine, sed aperte vnâ percipientur, ut in melle vel suapte natura deteriore, vel iam veterascente, in quo à dulcedine acrimonia vincitur, non obliteratur, quemadmodum & in Saccharo rubro nominato. In fico autem recenti obtusus & aquosus sapor ab eadem dulcedine superatur, quemadmodum & in Melonibus quibusdam probè maturatis. Hæc conueniente discrimine posthac valde dulcia appellabimus, eosrumq; terminum satis amplum, iuxta maioris minorisq; rationem, admirtemus. In quibus verò languidior dulcedeo est, quæ à cæteris saporibus vincatur & obteratur, ea omnia cum Plinio languide dulcia recte dixerimus: qui palmas quasdam in Arabia nascentes, quod minus exquisitè sint dulces, languide dulces vocat. Licet etiam, ut Plautus loquitur, dulciculum saporem nominare, quia & Græcis in vnu Τὸ γλυκὺδιον est: Hæc appellatio etiam longè plurimas, pro dulcitudinis modo differentias sortitur. Res enim propemodum infinitæ, hac ratione dulces vocantur, non quod tales propriè exactèq; sint, sed quod dulcedinem, quantulacunq; ea est, participant. Horum imensa varietas imposuit plerisq; scriptoribus, ut ea simpliciter appellarent dulcia, quæ obscurè languideq; & communicatione solum talia sunt: ut plurima medicamenta & temperata & in temperata & omnia alimentorum ac frugum genera: qua dulcia citra

vinum Trebi-anum.

*Plinius lib. 13.
cap. 4.*

Plautus.

DE DVLCEDINE.

21.

cia citra distinctionem ab omnibus simpliciter dicuntur, cum re vera præcipueq; talia non sunt. In cunctis enim his à cæteris saporibus dulcedeo obscuratur: ut in insipido aqueo, in certis generibus cucumerum dulcedeo languescit: Per escarium saporem (quem innominatum aliqui vocant, ut in pane & carnibus, nos à tota substantia, Columella cibarium appellat) hebetatur alimentorum dulcitudo, quam tamen summam ijs aliqui tribuerunt. Idem fit in cereali sapore & cæteris hebetioribus vniuersis: E quibus perspicuum est, amplissimam esse dulcis saporis significationem, & negligentia quadam scriptorum ex nominis ambiguitate non explicata, rei ipsius etiam intolerabilem confusionem & ignorantiam esse securam, ut ex ijs quæ iam antea differuimus liquidò appareat: cui tamen confusione, quantum possumus succurrere conabimur.

De vera mixtione & causis non solum dulcedinis, sed reliquorum omnium saporum.

CAP V T III.



Vam arduum ergo & difficile sit non modo dulcedinis, sed cæterorum etiam saporum veras & proprias causas explicacione inuestigare, ex eo perspicuum est, quod veteres cum Medici tum Philosophi propè omnes hanc rem aut parcè attigerint aut ieiunè admodum tractarint veluti consulto rei difficultatem subterfugientes. Quam negligenter enim nonnulli, qui tamen co-

*Difficultas suo
ture disputa-
tionis;*

F pia &

LIBER I.

*Libro. de s.
m. f. cap: 26.*

pia & perspicuitate disputationis cæteros omnes, qui de saporibus aliquid scripserunt, facile superarunt, hanc rem tractarint, non dicam: Id enim veritatis studiosi progressu disputationis ex ijs quæ docebimus, facile cognoscent. Nec profectò Auerrhoem id latuit, qui scribit autores illos nulla demonstratio, sed infirmis & vix probabilibus rationibus conari saporum mixtiones, ortum & causas explicare. Ipse certè Galenus studiosos dehortatur à Philosophorum hac de re questionibus, crebras, vt ait, dubitationes habentibus. A qua enim temperatura, inquit, in vniuersum proueniat aciditas, dulcedo, austertas, amaror, & acrimonia, & vna quæq; cæterarum qualitatum, etiam naturalium rerum studiosos homines id inquirentes, maximis & varijs in ea disputatione dubitationibus implicat & inuoluit, quas ego tanquam præcipitum quoddam eius tandas duco. Quamuis ergo Galenus exquisitam & philosophicam saporem inuestigandi rationem damnet, tamen cum, ali bi scripto etiam libello docuerit, bonum Medicum eundem Philosophum esse, in eo certè quod ipse assequi & perficere ne quisuit, aliorum etiam diligentiam & studium irritum facere nō debebat. Nos igitur neq; consilio Galeni, neq; rei ipsius difficultate absterri, quod post Galeni tempora nemo tentauit, nostram sententiam de saporum causis & mixtione liberè proferemus, tantum hoc in re præstituri, quantum & ingenio consequi poterimus, & res ipsa permettit, nullius interim sententia, qui meliora producet, repudiata. Primum de dulcium natura & mixtione ita dicam, vt quid de cæterorum saporum causis sentiendum sit, clarum fiat. Cum enim hic quasi princeps sapor sit, in eius explicatione cæterorum mentio interdum quasi necessario est interponenda. Et quia huius comparatione singuli discernuntur, ad huius inuestigationem opus est, quasi positis quibusdam sententijs & indubitatib; gnomis. Primum qui dem

DE DVLCEDINE.

22.

dem in singulis rebus quæ sensu percipiuntur (*άσθετα* Græci appellant) esse quandam perfectionem maximè cuiq; sensui, cuius est, cōuenientem: vt in genere odorum, qui maximè grati & iucundi sunt: In coloribus, viridis aut cæruleus: In sonis iucundus musicusq; Ita in ijs, quæ gustatu percipiuntur, necesse omnino est, quandam speciem esse maximè cōuenientem huic sensui, & quasi perfectionem quandam saporum, quam sanguine dulcedinem esse, cum mihi cum cæteris cōueniat, in eo probando non laborabo: cum reliquis saporibus singulis ad hanc absolutionem non parum videamus deesse, & dulce, vulgi etiam iudicio, cunctis saporibus longè præferatur. Id ergo cum nec Philosophis nec Medicis controuersum sit, iam & nos recipiamus, & alteram nunc Hypothesin proferamus: nimirum secunda Hypothesis. perfectionem illam rei, quæ sensu quocunq; percipitur, esse temperatum & medium *ασθέτον*, quod ad delectandum quenq; sensum requiritur: vt ipsa res quotidie docet, etiamsi nunquam Aristoteles id docuisset. Videamus enim cunctos sensus in temperatis immoderatisq; obiectis, vt loquuntur, male affici lœdi ac prope corrumpi: moderatis vero & temperatis oblectari. vt enim ingens sonus aures obtudit, asperq; ingratus est, ita nimius splendor oculorum aciem perstringit, hebetatq; : & foedus odor odorandi sensum lœdit, semperq; quod modum vehementer exedit sensui vehementer est aduersum: moderatum autem amicum & gratum: vt concinnus & harmonicus sonus auribus, iucundus odor naribus, et, vt ad rem accedam, temperatus mediusq; sapor gustati gratissimus. Cum vero dulcem eum esse, iam propemodum à nemine negetur, & nos statim id confirmabimus, dulcem saporem temperatum esse, ne cesset erit, quia immoderata cum honore & molestia sensus afficiunt, vt cæteri sapore, quorum singuli habent, quo linguae

F. ij mole-

*Prima Hypo
thesis.*

*Seconda Hy-
pothesis.*

*Moderata sensus
filia amica.*

LIBER I.

molestiam afferant. Solus dulcis, eorum scilicet saporum qui affectiunt linguam, & suauiter æqualiterq; & circa tædiū occurrit. Insipidum enim, vt nullam molestiam afferit, ita penitus non afficit, vt neq; aphorum auditus temperatum subiectum: Galenus tamen medium statuit insipidum. Porro nec omnino præter rationem Aristoteles dixit, solum dulce secundum naturam, cæteros autem sapores corruptionem esse. Solis enim verè dulcibus nos etiam delectari cæterisq; cunctis saporibus aliquantulum proq; modo cuiusq; gustatum nostrum lædi, certum est: de amaro quidem nemo ambigit, cum omnium ingratissimus sit: de cæteris dubitare aliquis possit: si tamen quis singulos probè consideret, inueniet quoq; quòd naturam linguamq; vescet, solum verò dulcem innocentem, solumq; temperato sensui gratum, cæterosq; si grati sint, id vel intemperie quadam naturæ & sensus contingere, vel dulcedinis mixtione. Acria enim cùm rodant & inflamment linguam, quis eo sensu delectetur? Si tamen ad acrimoniam accedat aliqua dulcedo, vt in porris, cæpis & allijs, & homo insuper, qui ea gustat, lenta pituita scaecat, non deest delectatio: Quis verò acerborum asperitatem & contracitionem sumimam tanquam iucundam suauiter ferat? Salsum verò cùm propter dilutam aquam, cuius particeps est, æqualiter sensu occurrat, ea ratione delectare videtur, sed certè nec sani & temperati hominis sensum suapte natura delectat: nec si solum & impensis admoueatur, vt aqua marina & edulcia nimio sale condita testantur. Modicus verò Sal cibis gratis am addit, non ea præcipue ratione, qua Sal est, & talem saporem obtinet, sed quod alimentorum obtusam dulcedinem, quæ linguam subire per se non poterat, penetratone quadam & dilutione ad intima demergat, quod & acetum & acida nihilominus Sale præstant. Ideo nullo vel per exiguo Sale, vbi hæc

DE DVLCEDINE.

22.

hæc miscentur, opus est. Alter usus Salis est in condimentis, quemadmodum & acidorum, vt sensum gustatus excitet, acutat instruatq; ad cibarium saporem, qui obtusus plerunq; est, exquisitus percipiendum. Si enim Sal per se, suapteq; natura in esculentis pareret delectationem, separatim deuoratus longè suauior esset. Quis verò Salem voluptatis causa separatim edat, nemo est, nisi vt mulierculæ vitiato sit corporis habitu. De acidis, vt dixi, eadem ferè afferri possunt. Peculiariter enim propriaq; vi, si quis consideret, planè non delectant, sed mordicatione, & sensui & toti naturæ, sunt odiosa: nisi aut dulcibus, aut obtusis escarijsq; saporibus contemperata sint: aut is, qui degustat, parum temperato & gustu & corpore sit: aut aliqua evidenti mutatione afficiatur, ita vt vel incaluerit, vel siti premitur, vel crasso lentoq; succo ventriculum & linguam imbutam habeat. Iam de austero idem statuendum est, quod paulò antè de acerbo dixi. Hæc enim eadem ferè sunt, nisi quòd austero vis per omnia minor est, quam acerbo. Ita liquet, cæteros sapores exuperantia quadam singulos afficere gustandi sensum, dulci excepto. Quod, sicut in singulis sensibus euenire videmus, temperatum illud vnicumq; in hoc genere obiectum familiare est existimandum. Ex quo iam tercia Hypothesis deriuatur. Sensibile enim temperatum, quodq; solum iucundè afficit sensum, tunc temperatum esset, nec delectaret sensum, si aut naturæ, aut ipsi sensui dissimile esset: Ita necesse est, dulcem saporem, si non toti naturæ, saltem linguæ esse amicum & similem, aut alicui parti nostræ naturæ. Quæ enim nobis similia sunt, ea non statim toti naturæ, omnibus partibus similia esse oportet, sed aliquatenus: quia gustui aliquid simile dulceq; videtur venenum esse posse, & gustui nullam afferit perniciem, sed toti naturæ deuoratum: vel quod lingua non vita necessarium est

F iii mem-

Hypothesis
tertia,

quomodo dul-
cia nobis simi-
lia.

membrum, vel quod non diu moretur in lingua. Sed probari potest, dulcia, qua dulcia, omnia semperq; nobis amica esse: qua venena sint, id alia ratione fieri. Cùm enim anomale multarum rerum sint naturales compositiones, si quid velenum sit, & simul dulce, id non ob dulcedinem velenum erit, sed ob pestiferam qualitatem latentem quæ toti substantiæ nostræ pernicioſa est: cùm interim dulcedo eiusdem rei, & sensu & naturæ nostræ ſimilis & grata, naturæ quidem non tori, sed eius parti, ſcili cet humori & calori, vt docebo, cùm de viribus dulcium diſputabo. Ergo non absurdum eſt omnia dulcia, quatenus dulcia, habere aliquid nostræ naturæ & lingua ſimile, etiam ſi venena ſint: Quia in re Montanus Præceptor noster insignis Medicus & Philosophus plurimum laborat. Neq; Galenus vñquam, quodd ſciam expeditius nodum de ſimilitudine dulcium, quam cùm natura noſtra habent, qualis ea ſit, & quomodo eadem defendi poſſit, cùm dulcia quædam venena ſint: Sed nos alibi vbe rius iſta diſcutiemus. Iam verò hæc tria pronunciata, cùm nihil absurdi habeant, pro hypotheſi & instrumento probationum ad demonſtrandum dulcium naturam & mixtionem paulisper noſbiſ ſunt concedenda. Primū quidem dulcedinem eſſe ſaporū perfectionem: Deinde dulcia temperatam gulfatus materiam eſſe, quam vocant obiectum: Poſtremò eadem nobis certa ratio ne ſimilia eſſe & cognata. Quibus ita conſtitutis ad rem iam propius accedamus. Cùm ergo ſaporum vera & ſolida cognitione nobis quærenda eſt, ea per notitiam cauſarum erit inſtituenda. Tum enim (vt præclarè ait Aristoteles) nos ſcire putamus, dum alicuius rei proprias cauſas cognoscimus: præcipue cauſæ à rei ipſius natura petuntur. Natura ſaporum eſt, vt ſint qualitates certo modo gulfum affiſcentes. Vniuersæ enim res, que huic mundi ambitu continentur, ex materia & accidentibus conſtat:

Mate-

Materia quidem eſt, nec oritur, nec interit: Accidentia verò perpetua vicissitudine generantur & intereunt, id eſt, materialia primam vediunt, & vicissim eam deſtituunt, qua ſola ratione ſpecies rerum perpetuitate quadam conſeruantur. Id verò vt ſieret, ſemina rerum in mundo ſparsa ſunt, quæ vt cuiusq; rei materia proxima ſunt, ita ſingulorum eiusdem rei accidentiū principia in ſe continent, Cùm verò & ſapores in accidentium cenſu numerentur, ijdem ſua quoq; principia in proxima peculia- riq; materia, ex qua rei ſapidæ cetera accidentia nata ſunt, habe- bunt. Exempli reſ illuſtrior fiet: Absinthium eſt materia prima & qualitatibus conſtat. Qualitates deſerunt materiam abſinthij, ex quo interit abſinthium. Ut verò eius species conſerue- tur, ſemen productum eſt, in quo principia omnium accidentiū abſinthij inſunt, atq; ita etiam ſaporis amari. Ut verò accidentia materiam vediunt, preter id principium materiæ, opus eſt alijs adhuc adiumentis: nempe vi quadam agente, quæ ob- ſcura materiæ principia excitet & eliciat. Ea vis communis na- tura eſt, quæ vtitur instrumentis, qualitatibus, calore & ſpiritu gat in materi- mundi: quæ vis cùm agat in materiam, vt efficax ſit eius facul- am. *Natura quid, et quomodo gat in materi-*

tas, neceſſe eſt vt cōtactum, ſitumq; tempore & organis oportu- nis, conſequatur: quæ iam, vt in omnium qualitatum, ita in ſa- porum effectione, cauſæ præcipue ſunt, ſcilicet materiæ prin- cipium, vis efficiens, & apta vtriusq; coniunctio, quæ fit tactu, ſitu, & cateris nunc dictis. Quæ verò in ſingulorum ſaporum origine vis, iam ordine vberius declarabitur: deinde eadem vt in ſingulis ſaporibꝫ priuatim poſſit inuestigari. Atq; initio cùm aliæ qualitates ſint primæ, aliæ quæ ex primis oriuntur: ſapo- res non ſunt primæ, quia ex ſaporibus non gignuntur ceteræ qualitates. Cùm ergo non ſint primæ, primarum adiumento eos naſci neceſſe eſt: Atq; hæc ſanè illorum erit cauſa efficiens,

Cauſa efficiens ſaporum.

F iiiij Porrò

LIBER I.

Porro cùm nulla qualitas separatim consistat, sed in aliquo insit, ea corpora, quibus inhærent sapores, naturam eorundem saporum mutare possunt: Id quod materiam designat, quam idoneam omnino aptamq; agenti causa esse oportet: Quæ affinitas inter agentem facultatem & materiam, vt necessaria est, ita sola non sufficit, nisi cætera quæ ad absoluendam mutuam actionem requiruntur accedant. Quainvis enim materiæ patibili, quæ actionem sustinet, cognata sit natura visq; efficiens: tamē si hæc duo aut minus dissita non coëant, nec mutuo se contingant, aut temporis breuitas moráue diuturnior, aut situs figuraq; partium, aut organa, si qua sunt, aliquid impedian, vim agentem opusq; ipsum impediri necesse est. Cùm igitur ex hypothesi constet dulcem saporem perfectionem quandam esse, & omnis perfectio ex quadam imperfectione, quæ nihil aliud est quām potentia, nascatur, quæ vt perfecta fiat, in actuq; ducatur, certè ijs, quas dixi, conditionibus, scilicet, affinitate agentis patientisq; causæ, & iusto congressu & contactu, situ, moraq; opportuna opus erit: quæ qualia in quoq; sapore sint, ex re ipsa adjunctisq; indagandum est. Nunc verò in dulci sapore primum illud est maximè præstandum, exemplis experimentisq; rerum propriè dulcium propositis, & ratione ex ijsdem deducta, qua veritas mixtioq; dulcium, plurimos in hodiernum diem latens, eliciatur. Propriè maximeq; dulcia pauca, dixi, in rerum natura extare: eiusmodi tamen mel præstantissimum est, yina quædam, Vuæ, Sapa, Saccharum. Et vt à melle exordiar, id in propria sua perfectione & integritate ad mortalium vsum non peruenit. Igitur vtcunq; id perfectissimum quis habeat, tamen adhuc perfectius esse, quod haberet nequit, res ipsa docet: cuius originem si probè consideremus, cœlestem esse nemo negabit. Descendit enim ex aëre locisq;, in qui-

*In dulci sapo-
re exempla.*

Mel.

DE DVLCEDINE.

25.

in quibus vis cœlestis viget, calor nequaquam igneus, sed purus mitisq; ex astris, citra materiæ crassioris adminiculum, emanans. Nam ex ijs etiam, quæ iam ante proposui, satis constat, dulcedinem (quemadmodum & cæteros sapores) cùm qualitas sit ex priori aliqua effectrice qualitate, conflari, quæ (seminario proprio supposito) non nisi calor esse potest: qui cùm vel igneus violentusq; sit, vel mitis, cœlestis, gignens fo-
*Efficiens causa
dulcium calor
cœlestis supposi-
to proprio se-
minario.*
uensq;; ille quidem cùm omnem rem corrumpat dissoluatq; ef-
ficiendi vim habere non existimandus est: hic verò, vt in o-
mnibus, ita in dulcedine gignenda maximè efficax merito cen-
setur: In melle autem & locus id indicat. In ijs verò quæ cre-
scunt alunturq;, si dulcedinis efficientem causam quæramus,
aliam nullam inueniemus, præter calorem istum mitem, beni-
gnum, naturalem, cœlestemq;. Cœlestem enim voco, vt ex-
plicabo deinceps, siue insitus & proprius sit rei crescenti, siue
externo defluxu à cœlo syderibusq; per Solis radios rem con-
tingat. Dulcedo enim plantarum & fructuum potissimum à
plantis natorum, nisi maturatione quadam & excoctione ab-
soluitur: coctionem verò naturalem à miti, benigno humidoq;
calore perfici, omnes fatentur. Fructus etiam Stirpium So-
le affulgente probè maturari ac dulcescere notissimum est:
Ita vt sæpè auersa pars à Sole in eodem pomo, minus sit elabo-
rata. Fructus etiam qui in ima arbore aut umbra hærent eo
calore carentes minus maturantur: quin & nubilo ac frigidore
coelo minus ac tardius ad maturitatem perueniunt. Mistio eti-
am à solo isto miti calore iuuatur, qui contemperat, iungit v-
nitq; partes, cùm igneus calor cōtrà violentia quadam dirimat,
separatq; coniuncta. Iam autem dulcedo sequitur certam mix-
tionis rationem, quæ cùm à calore concoquente necessario fiat,
ab eodem & dulcedo nascetur: mixtionis verò terminus in fructi
*Maturatio &
calore.
Coccio à calo-
re.*
*Mistio à calo-
re.*
G bus

bus est proprius cuiusq; fructus sapor: et dulcē perfectio sapori est: Itaq; & mixtionis melioris erit res dulcis , quām amara aut salsa, aut alterius saporis, qui à perfectione abest. Si exquisitoris mixtionis dulcia sunt, erunt etiam calore cœlesti benigno & contemperante meliori. Exquisita enim & naturalis mixtio fit miscendarū substantijs ad minimā redactis vnitisq;, & qualitatibus rei mixtæ retusis: quod sola vi caloris fieri potest, eiusq; non ignei, qui diuersum agit & separat. Itaq; efficientē causam mixtionis dulcium hunc calorem esse non est dubitandum, vt inductione & experimēto patet, & solum vini dulcioris exemplum ostendit, quod versus meridiem perpetuō nascitur ex refractione radiorum in montibus duplicatorum. Ratio verò efficientis causæ dulcium ex hypothesi etiam petitur, qua ostendimus nobis similem esse dulcem saporem. Id non est substantia, cum is sit qualitas, sed qualitate, non frigore nec siccitate, sed caloris commoderatione. Nostro enim insito calori, qui & ipse cœlestis est, dulcitudo est (vt post copiosius etiam monstrabō) cognata & affinis. Efficientis ergo dulcedinis proprium, & quod eam gignit, est calor cœlestis benignusq;: ad quæ sèpè concurrunt sub efficientis quoq; ratione compræhensa, quæ augent, minuunt, conseruant, interimunt, iuuant, laddunt, occasionem dant: quibus tamen præcipua actio non debetur.

Differentia caloris. Sunt enim caloris in vniuersum differentiatæ duæ: cœlestis primùm, qui efficacissimus per radios syderum, præcipue Solis, deferatur ad inferiora, & fons est cuncti caloris, omniaq; inferiora gignit, efficit conseruatq;: alter igneus, qui & ipse, vt prior, efficax est, non autem miscet, nec gignit, nec conseruat, sed interimit & corruptit. Est & alius calor qui hos sequitur, vel cœlestem, vel igneum solum, vel utrumq; simul, & vel actu vel potentia: Actu igneum solum, vt ferrum candens, furnus ca-

lfac-

tefactus: cœlestem, à Sole calefactum aliquid, & calor nativus: qui tamen cœlestis iam magis operatur. Potentia verò cœlesti, in Pipere, Euphorbio: Ignea in calcē, fece vini vīta: quæ potentia nihil aliud est, quām vestigium caloris, vel ignei, vel cœlestis. Dulcedo ab insito tantum & cœlesti calore nascitur: ab igneo, & eo, qui vestigium caloris vt potentia est, nunquam. Iam cùm igneo etiam calore quasdam res dulcescere videamus, vt Sapam & fructus quosdam, & quæ destillatione excipiuntur, merito quispiam existimauerit, dulcedinem non à solo cœlesti & insito calore nasci, sed etiam ab igneo. At cùm antea iam dixerim, causam iuuantem non præcipuum efficiens esse, qui rem examinabit, ignem non animaduertet per se suaq; vi dulcedinem creare, sed quod calor cœlestis ob certa impedimenta absoluere non potuit, id igne vtcunq; perfici, ac imitatione quādam cœlestis caloris melius redi, idq; non pari ratione, qua naturalis cœlestisq; calor id efficit perficiendo, contemperando, coquendo, maturandoq;: sed dissoluendo partes crudas & à concoctis separando, educendo humido nativo, & emollita extenuataq;, ac penitus corrupta rei substantia. Hac enim ratione per calorem igneum in apertum producitur latens inchoataq;, neodium à nativo calore perfecta maturitas dulcedeoq;: quam rem id etiam confirmat, quod per ignem nihil seipso dulcius fiat, nisi idipsum à natura quantulacunq; dulcedinis initia acciperit: Id quod in plantis aut fructibus, qui elixatione aut as-
Elixatio & to-

satio quomodo
res dulces fa-
ciat.

planta concoctione dulcescunt, cùm nullam aut exiguum dulcedinis inchoationem habeant: quam si haberent, ceteros sapores non ad summum adductos obtinerent. Quæ verò per destillationem dulcedinem acquirunt, ea separatione etiam pars quomodo dulcedinem rebus concilat.

G ij tium concilat.

tium & corruptione substantiæ hoc assequuntur : quamvis sola destillatione hoc raro fiat, nisi id, quod destillatione separatur, prius certa ratione computruerit & dissolutum sit, aut, vbi iam destillatione exceptum est, certo genere caloris discernatur ac mitescat, & partes à dulcedine alienas, quas vel suapte natura habet, vel igne adeptum est, deponat. Latens etiam dulcedo hac ratione è metallis elicetur, quæ ob naturam ineptam materia non percipiebatur. Qui verò virgere velit obstinatus, igneum calorem eodem planè modo atq; cœlestem in rebus dulcedinem pröcreare, is, si rem accuratius considerárit, videbit utriusq; huius caloris actiones vix in paucis conuenire, quod & nos fatemur. Un cæteris autem vehementer discrepare, idq; eo vel maxime, quod cœlestis, quemadmodum & insitus, gignendo, conseruandoq; dulcedinis, sicut & aliarum rerum, sit autor : Igneus autem interimendo ac dissipando : quæ quidem eius præcipua vis est ; licet fortuito interdum etiam alias affectiones rebus, antequam intéreant, adducat. Neq; enim tantum heterogenea sed & homogenea separat, dispergit, atq; ita ad interitum ducit. Nam verò nec insitus ac nativus rerum calor ex igneo, vt plerifq; placet, oritur : neq; enim vitam & naturam, vt certè facit, conseruaret, sed violentia sua tolleret. Neq; quo biliosior quispiam est, eo validius obit munera vitæ, sed plerumq; deterius : Flatu enim & cruditatibus tales abundant. Neq; igneus calor vel (vt appellant) elementaris attrahit, retinet, coquit, expellit, assimilat, mouet, & alia eiusmodi opera admiranda edit, sed caloris cuiusdam vis longè nobilioris. Cùm ergo sapores in rebus plerumq; vitam habentibus insint, aut ijs quæ à vitalibus rebus nascuntur, quamvis ipsa vitam amiserint, certè à cœlesti & insito calore sapores oriiri necesse est, cùm ab hoc genere caloris omnis materia, cui

*Igneus calor
non eo modo
quo cœlestis
dulcedinem
parit.*

*Insitus calor
non idem est
cum igneo.*

inest

inest sapor, oriatur. Quod enim saporis materiam nullam igneus calor vñquam attingat, certum est. Omnia enim sapida ab insito & cœlesti calore sunt nata. Quin etiam frigidi sapores à calore nascuntur : qui calor gignit, fouet & conseruat omnia, & perficit gradum rei & eius saporem : quamvis ea res, respe. Etu corporis nostri, frigida sit. Certum enim est omnia viuētia obtinere quandam portionem caloris ætherei. Quascunq; ergo facultates seu potentias, etiam amissio vñ cum vita eo calore, res sapidae possident, eas tanquam vestigia quædam eius *Impressa vestigia* caloris, à quo natæ sunt, etiam eo absente retinent, non aliter, *gai insiti calo* *res.* quam aquæ quædam igneo calore per destillationem natæ, & ab eodem Empyreuma & vim calefaciendi, tanquam vestigium quoddam adeptum, conseruant. Quanquam amissio nativo cœlestiq; calore, Fernelius & pleriq; alij arbitrentur, quæ supersint, omnia ad Elementorum commixtionem pertinere, vt in emortuo pipere calorem : sed cùm elementa tantum materialia rebus suppedient, nullam autem vim agendi, parum opinionem hanc consentaneam esse puto : præcipue verò, cùm in rebus, quæ vitalem vim caloremq; insitum perdidérunt, facultates quædam supersint, quæ ad elementorum mixtionem nequaquam referri possunt : vt in Scammonio & Rhabarbaro facultas trahendi bilem, in Colocynthide pituitam, in Elleboro terram bilém, qui post extinctam vitam ac viorem etiam triginta annis suo munere, si Theophrasto credimus, strenue fungitur. Elaterium, quod pars tantum viuæ plantæ est & vita priuatum, fertur in ducentos vsq; annos durare : In quo certè non elementorum tantum, sed originis melioris facultas residere evit igneus calor vestigia et potentiā rebus imprimit, ita & cœlestis nativus.

*Lib. 9. cap. 14.
de his: Stirp:*

G. iiiij. operin-

perinde etiam sui vestigia relinquat? Edit enim certe opera, quæ igneus nequaquam edere potest, vt formare, alere, trahere, separare, quarum rerum vestigia, etiam ipso non praesente, videmus. Potentia autem non solum est, quod totius plantæ calor in seipsum transeat, vt Cardanus censet, sed quod calor vel coelestis, vel igneus eam vim imprimat agendo. Semen tantum est vt spiritus seruetur, & origo tale alimentum trahendi adsit. Tam coelestis vero quam insitus calor, cum sint qualitates, majoris & minoris ratione discrimina habent, pro quorum varietate varia in rebus vestigia relinquunt, vt in Pipere vehementem caliditatem, in Foeni græco moderatam, in Mandragora adeo exiguum, vt frigus dicatur: ita enim calor priuationem appellari hactenus consuetudo fuit: quæ tamen differentiae fiunt non sola efficiente causa, sed accedente materia, vt dicam, & conditionibus congressus materia & efficientis facultatis: quorum omnium, quod eiusmodi in quavis specie sint, suprema causa est cuiusq; rei species & seminis facultas ita nata. Differentiae autem vestigiorum relictorum in singulis priuatim iisdem à causis variatis, vt abunde dicam, originantur. Porro coelestis calor externus insitum, qui & internus coelestis nominari potest, fouet ac conseruat talem, qualem species eius rei accepit, scilicet Piperi, Mandragoræ, & cuiq; rei suum propriumq; quemadmodum & ipsis animantibus. Sublatto autem insito calore vitaq; & auctiōne & mutatione cessante, non necesse est cætera eius rei $\tau\alpha\theta\eta$ energiasq; (vulgò actiones & passiones appellant) simul euanescere. Manet enim materia prima ipsaq; elementa & primordia rerum: manent partium peculiares propriæq; formæ, quæ, praesente etiam vita, vel obscurius vel clarius apparebant: nec minus ea absente apparetur possunt, quum à vita diuersum separatumq; quiddam sint,

*In situ calor
coelesti inua-
tur.*

& aliam

Non est sim-
plex unaq;
forma à qua o-
mnes affectio-
nes praedeunt.

& aliam originem aliasq; causas habeant. Quare multos, qui simplicem vnamq; formam cuiusq; rei constituerunt, à qua nō solū præcipua eius rei actio, sed actiones etiam inferiores cæteræ omnes nascantur, hæc dubitatio torsit: qui fieri possit, vt deperdita præcipua forma, non paucæ tamen eius rei actiones passionesq; supersint, adeòq; non vna cum forma extinguantur, vt earum quædam etiam augeantur. Qui elementorum mixtioni & temperamento à forma diuerso hæc tribuunt, non vident iam se aliud præter formam statuere, cui actiones quædam debeantur, quas tamen cunctas affirmant soli formæ deberi. Qui vero afferunt temperamentum ipsum formam esse, non animaduertunt, mutato temperamento actiones sèpè illæs manere, aut eo sublato non omnes actiones tolli: nec ergo omnes ab eo tanquam à forma manant. Sed hæc vt pluribus refelli possent, ita institutum nostrum id non postulat. Possent quidem priores ita se tueri: quod nimirum vitali nutrienteq; in stirpibus forma amissa, quæ summa simplexq; & præcipua erat, in eandem materiam alia statim ingrediantur, quæ & ipsa, pro eiusdem rei natura, præcipua fiat, donec vicissim alia succedat priore expulsa, atq; ita vicissitudine quadam, donec res in primordia sua dissoluatur. Postiores, quibus forma temperamentum est, hoc afferre possunt: summum totius rei temperamentum, aut eius gradum, vt loquuntur, formam recte censi, à qua omnis rei facultas proficiuntur. Si vero res quæpiam vitam, aut quomodo unq; præcipuam vim amittat, manentibus tamen quibusdam affectionibus, temperamentum id summum gradum, in quo summa vis erat, perdidisse: in alium autem gradum effutatum, qui idem causa sit & forma affectionum quæ subsunt, priori perfectione sublata.

G IIII Sc

LIBER I.

Tur non ab una forma omnia proueniunt.

Sed neutri certè ex his ostendunt, ab una forma & simplici actiones facultatesq; cunctas cuiusq; rei, tanquam fonte quodam, emanare, cùm sensus & ratio in singulis rebus id nequam verum esse testentur. Diuersæ enim actiones perpetuò à diuersis facultatibus prodeunt, neq; ultra eas facultates progressi licet. Quòd verò omnes hæc facultates à forma vñica oriantur, tanquam vi quadam summa, id verbis quidem omnes insculcant, ratione autem solida & re ipsa nemo demonstrat: Neq; certè huius formæ vlla est necessitas. Cùm enim quælibet actio in suam potentiam referri possit, actio præstantissima rei præstantissimam potentiam habebit, à qua oritur, quam potentiam seu facultatem, si nominaris formam, esto sane forma, sed cæteræ eius rei actiones ab ea non proficiscuntur. Ut nobilior facultas Scammonij est trahendi bilem, à qua hæc actio tractonis sola prouenit: Calefactio autem Scammonij ab hac eadem vi nō prodit, sed à facultate calida: Eadem de cæteris est ratio.

Forma nulla supra potenterias.

Iam hoc superest, quod in hac re obiicitur: facultatem trahendi bilem non esse ipsam formam, sed à superiori quadam forma prodere, à qua & vis calefaciendi in Scammonio, & cæteræ omnes prodeunt. At cùm nulla ratio sit, nulla necessitas, quæ id persuadeat, miror qua ratione ociosa & imaginaria hæc forma fuerit introducta, & in hodiernum usq; diem conseruata. Sed hæc pluribus explicari ab hoc loco alienum est: quare ne mei ipsius oblitus in hanc disputationem videar incidisse, iam ad institutum reuertar, vt cur hæc attigerim, clarum fiat: quia communes saporum causas explicare decreui, eadem disputatione naturam præcipui saporis ostendere volui. Nam si à forma prodeunt omnia, nulla facultas, nullus sapor in rebus vita destitutus esset. Res enim mortuæ forma carent: Deinde si forma simpliciter hæc accepta sunt referenda, quæstiones difficiles plus

DE DULCEDINE.

29.

les plurimas & rerum latentium inuestigationem vñico verbo, sed æque obscuro, absoluimus. Dulce enim aut acre aut insipidum quodq; erit, quòd tales habeat formam à qua dulcedo proficiscatur. Si hac ratione formam intelligent potentiam se minis (quæ tamen ipsis forma non est) ferri hoc posset. Ea enim aliquid saltem est. Forma verò inanis & nugax est, nec accidens nec substantia est, nec re ipsa vlla ratione existit, sed sola imaginatione tanquam Chymera concipitur. Sed hactenus de dulcedinis & cæterorum saporum causa efficiente satis superq; dictum est. Hæc verò causa sola cùm nihil, vt dixi, efficiat, nisi commodam aptamq; materiam naæta sit. Iam in vniuersum de materia saporum dicam: & primum quidem de ea, quæ tanquam receptaculum est omnium, corpus scilicet naturale, quod in scholis subiectum cōmune vocare licet. Hoc aut vegetum est, aut non vegetum. Vegetum integrum & viuum & alentis animæ particeps, appello, in quo genere plantæ sunt, & animantes. Non vegeta verò his contraria, quæ vel simpliciter ex elementis coierunt, vt Mel, Mannaq; dicta; & opinione quorundam metalla quoq; & lapides; vel vegeta emortua sunt, vt plantæ aridæ, partes è plantis auulsa, decerptæ, expressæ, vel quocunq; modo separatæ, animantes vita defunctæ, vel earum partes viuis ademptæ. Hæc quidem communis materia est atq; receptaculum saporum & reliquarum affectionum naturalium. Proximam verò materiam, in qua nimirum peculiariter nascantur sapores, qui cōmuni subiecto insunt, humorem aquæcum cum ariditate terræ subiectum & contemperatum Aristoteles esse censuit, (neq; enim veram eorum sententiam esse contendit, qui solati aquam saporum materiam statuerunt) his potissimum rationibus eorum opinionem refellens, & simul suam sententiam confirmans, quòd sapores crassiusculi omnes sint;

Materia saporum cōmuni.

Materia proxima saporum iuxta Aristotelem.

LIBER I.

nes sint: Deinde quod veteres dixerint, talem esse aquam, qualis sit terra, per quam manat, & quod totidem in terra sint sapore, quot in fructibus: Præterea quod humidum pati tantum à suo contrario natum sit: Siccum verò id contrarium esse. Ut enim qui colores succosue in aqua eluunt, talem reddunt aqua: Sic ipsam quoq; naturam, dum in humore partem sicciam terram q; diluat, aut per eundem humorum percolet, & calore in coquat, humoris qualitatem quandam inserere, quæ non nisi sapor sit, id est, affectio quæ à prædicto sicco in humore genita, gustatum, qui facultate est, in actum excitet: Deniq; quod eo alatur, in quo sapor sit. Omnia enim dulci, vel simplici, vel commixto ali. At nec solum humidum, nec solum siccum in cibum venire, sed commixtum ex utroq;. Et hæ sunt Aristotelis quidem rationes de propria materia dulcium. At certè humidum cura sicco non saporum tantum, sed cæterarum omnium affectionum in rebus mixtis communis materia est eodem auctore, cum hæ sint patibiles (vt appellat) qualitates, & calor in his non saporent tantum, sed cætera etiam gignit. Sunt ergo hæ causæ communes: nos verò iam propiores inuestigamus. Rationes etiam Aristotelis de materia saporum tenues admodum sunt & infirmæ. Neq; enim omnes crassiusculi sunt, cùm acidus & acris maximè tenues sint, & in multis limpidissimis liquoribus & à terræ mixtione alienissimis saporent percipientur evidentes. Neq; quotquot saporent in fructibus sunt, totidem in terra esse compertum est. Quis enim vuarum & pomorum & ficuum saporem in vlla vñquam gleba deprehendit? Aut si Aristoteles putet, facultate, non actu terræ inesse sapore, nisi hilo plus dicit. Etiamsi enim demus utrouis modo ita est, quid hoc ad materiam saporum comprobandum facit? Cùm enim terra non sola, sed etiam aqua materia saporū sit, in aqua etiam

*Modus generalis
rationis Saporum
Aristotelis.*

Improbatio rationum Aristotelis.

Non omnes saporis crassiusculi sunt.

Non tot sapore in terra esse quod in fructibus.

DE DVLCE DINE.

30.

etiam eos omnes inesse necesse est: ita nec terra sola, nec aqua sola materia saporū esse potest. Et id etiam, quod aqua aliquando è terra contrahat saporem, è qua effluit, parum facit ad præsens institutum. Si enim sapor est in terra, ea non simplex, sed composita erit, quæ si saporem aquæ cōmunicat, id non vt terra præstat, sed vt res quæ saporem habet: qui sapor si terræ interat ante mixtionem aquæ, perpetuum non est, vt ex mixtione humoris aquæ cum sicco terreo sapor nascatur. Et si aqua ideo saporem habet, quod eum à terra contraxerit, terra sola erit materia saporum, non autem aqua & terra simul. Præterea cù sapores à natura gignantur, si aqua terram alluens & permeans sapore imbuatur, is nativus non erit, sed abluendo factus, & artificiosus sapor. Mirum autem est, quomodo propter collutionem tantum siccii cum humido per calorem coquentem, dicat naturam indere qualitatem, quæ sit sapor, nisi præter illam per colationem & ablutionem, præterq; calorem coquentem, aliud eius qualitatis principium accedat: siccum enim cum humido subactum, omnibus rebus tantum corpus substernit. Quas qualitates autem non simpliciter ex his, sed in his generantur: neq; ideo quod aqua aut terra, sed alias ob causas, quas dicam postea. Non oritur sapor in materia, ideo quod sit vel calida, vel frigida, vel humida, vel siccata, vel crassa aut tenuis, sed quod tale principio habeat, quod ipsum sapore cù efficiente causa producat: qualitates verò iuvant, & caula, sine qua non, sunt. Iam verò quod nihil nisi à suo contrario quicquā patiatur, id nō cogit fateri materiæ saporū humidum cum sicco terreo esse. Et quod sicut cù in humidū agere cogatur dicere: quanquam id verū est, tamen contra Aristotelis principia est, qui patibile hanc utramq; qualitatē esse statuit. Quod verò nec dulcedo nec sola dulcia alant, iam à nobis demonstratum est. Hoc tamen loco præterire

Quod aqua è terra contrahat saporem non probare materialiter saporem.

Cur sapor in materia non generetur.

H ij non possum

LIBER I.

Dulcia non a- non possum fruolam Aristotelis rationem, qua dulcia opinatur alere. Nam calor, inquit, quod leue est attrahit; quod verò

falsum amarumq; ratione ponderis relinquit. Quod enim exterior calor in extraneis corporibus efficit, hoc idem interior in plantarum & animantium natura efficere solet. Vnde fit, vt ea dulci sapore alantur. Hæc quidem aristoteles.

Dulcia non a- Nos vero satis docuimus, in alimento familiaritatem & similitudinem cum partibus alendis præcipue spectandam, & vim naturamq;

lunt propterea à nobis alienam in ijs, quæ non alunt. Quare nec grauitate nec leuitate hæc sunt definienda, cùm vtrumlibet in alimento esse possit, modo substantia idonea sit & proba. Quædam enim par-

quod leuiora tes huius, quædam ponderosius alimentum postulant. Neq; amarum idèo non alit, quod ponderosum sit, sed alias ob causas, quas sto loco dicam. Quod si concedatur Aristotelis hæc sen-

tentia esse vera, nihil id disputatiohem de natura saporum iuuabit. Et certè sententia ipsa, quam Aristoteles affirmare nititur, melior est & evidentior, quam rationes quibus eam con-

firmare conatur. Hæc enim rationes, vt docent aquam solam non esse materiam saporum: Ita aquam cum sicco terreno dilutam esse materiam nequaquam conuincunt. Si verò de com-

muni materia id accipiendum quis putet, hoc loco non probandum fuit, aquam & terram esse communem rerum materiam

Propria gi- cùm alibi hoc ei sit demonstratum. Quæ igitur tandem est pro-
gnendorum sa- pria gignendorum saporum materia? Certè cuiusq; rei semen-

porum mate- & principium, seu partes seminis in rebus vegetis. In ijs autem, quæ nūquam fuerunt vegeta, partium constituentium tales po-

tentiæ & facultates. Neq; enim de integro nascitur sapor ex commixtione materiæ, neq; à calore omnino sapor, qui non erat, generatur, vt Aristoteli & plerisq; haec fuit persuasum:

Sed calor colligit & aceruat partes, ac è potentia in actum de-

mutat,

DE DVLCEDINE.

31.

mutat, & quidem ortum saporum strenuè iuuat. Neq; verò eos integrè constituit, sed dum materiam aptam & conuenientem sibi formes saporum & principium latens allicit, siue humida ea

Qualitates in-
uant genera-
tionem sapo-
rii.

materia, siue sicca sit, calor & qualitates cæteræ solùm promouent haac actionem, & ei auxiliantur. Quod de coloribus facilius percipi potest.

Nulla enim qualitas nullusq; calor gig-
nitus de integro rubrum colorem: Sed partes & principia hu-
iis coloris imperfecta, sparsa, & in materia abditè latentia à qualitatibus, calore ac vi innata perficiuntur, colliguntur, vni-
untur, proferuntur, & ab ijs impedimentis, quibus implexa erant, separantur. Vnde tandem libera ea qualitas & quasi vinculis soluta, quæ potentia inerat, emergit: Quia calor & frigus non gignunt, nisi calorem & frigus. Nihil diuersum

Nihil gignit
diuersum à fe-
ipso.

ex calore sit amarum, sed iuuatur amarum calore & frigore.

Cùm ergo amarum non fiat è calore, nec alia qualitate, & tamen ex aliquo fiat, id ex primordio suæ specie i generari necesse est. Neq; tamen eius species primùm oritur, sed fuit semper in rerum natura conseruata per primordia suæ speciei. Quemadmodum enim Absinthij totius species per semen eius integrè conseruata est: Ita amaritudo Absinthij per primordium amaritudinis in eodem semine constat. Et vt tota res per totum se-

men, ita partes rei per partes materiæ propagantur. Nec cres-
ari sapores credibile est, sed iam sunt in rerum natura, & tan-
tum propagantur. Hoc itaq; solùm querimus, quomodo pro-
pagantur. Si materia terrea & crassa cum qualitate frigida ad-

Sapores non
de integro cre-
ari sed saltim
propagari.

fit, non idèo acerbum statim oritur, quia multa talia non sunt acerba. Ideò aliud est quod acerbum constitut, scilicet pri-

mordium, quod si absit in tali materia, non fit acerbum. Iam si querat quispiam, vnde nam qualitas ista, cuius antea memi-

Qualitates e-
mergent ex
primordijs se-
nimus.

H iij nimus,

Qualitates enim emergat, aptius responderi haud potest, quām ex proprie-
mergunt ex primordijs seu minum.

Seminariū posse est. ne, vel quavis materia inerat, siue iam potentiam, siue propri-
tatem, siue vim, facultatem, præparationem, siue partes quasdā
inchoatas in materia appelles. Ultra enim progredi non licet,
quām ad eiusmodi principia seu facultates. At absurdum dices,
quia potentia est, & igitur res ignota. Fateor, si enim nota es-
set, iam aetū esset. Venatio in cane, & ratio in infante non ani-
maduertitur, vt nec stirps in paruo semine, nec pullus in ouo.

*Multa sunt que non vide-
tur quorumq;
facultas igno-
riæ est.* Nuncquid autem idcirco, quod hæc omnia non videamus, &
planè sint ignota, omnino non esse dicemus? Scimus hæc facul-
tate inesse, quamvis non videamus eam facultatē. Quod si hæc
principia vel facultates, vt æque ignotas, quispiam paruifaciens
existimet; is, si rationes meliores propioresq; excogitārit,

magnam apud nos gratiam inibit. At nihil equidem absurdum vi-
deo, si hac ratione propria saporum materia nobis sit cognita
explorataq; ipsa verò specie ignota, cum infinitarum propè re-
rū notitia intra hos limites consistat. Ipsam quidē semen in ple-
risq; rebus videmus, vt in animalibus & plantis: Vim verò, que
præstat, vt animal aut planta ex eo nascatur, non videmus: mihi
nun etiam adhuc peculiarium qualitatum principia, que neq;
ideò sunt neganda: quamvis & semina in quibusdam non vi-
deamus, vt que sine semine plantantur, sicuti animalia putredi-
ne nata. Non enim ipsum sterlus, sed aliquid par seminis fa-
cilitati, ea animalia gignit. Quin & igni quod vrat aut calefa-
ciat, à calore quidē, qui in eo est, id inesse aliquis dixerit. Vnde
*Semina non
in omnibus vi-
dentur.*

*Cur ignis cal-
faciat difficili-
mū explicatur* autē ea facultas seu is calor, & que eius causa sit, certò statuere
nemini non difficultimum & inexplicabile videtur. Ita vniuersa
propter bonum quiddam in rebus fieri, ad quod cuncta con-
tendant, omnes fatentur, omnesq; id bonum genere in rebus
vniuersis

vniuersis norunt. Idipsum verò in singulis specie nemo mor-
talium intelligentia assequitur: nisi quis, vt Epicurus olim pu-
tauit, fortuito atomorum concursu hæc primordia rebus infer-
ta credat. Sed quomodo extiterint, & an à DEO simplici-
ter naturis immisæ ita sint, vt iam his adiumentis eliciantur per
petuò, libenter alijs disputandum relinquo. Limes enim, hic
est ingenij humani in æternum duraturus, nisi aliquando Dijs
similes intelligentia nascamur: Quamvis hæc doctrina ni-
hilominus ad rem proprius accedit, quām eorum, qui liberius
aliquid falso affirmant: Vt, saporum materiam esse humorem
cum sicco terreno temperatum incoctumq;. Sed in terra sola
nullam saporis vim, nec in sola aqua Aristoteles inesse conce-
dit, cum simplicia hæc sint. Si igitur ex se non habeant illam
vim, cum tamen componantur eam obtinent: sequitur aliun-
de hoc adesse. Neq; enim ex sola contemperatione vtriusq;
resultat. Diutissimè enim terra & aqua confusa nihil saporis
vnquam adipiscuntur, siue natura, siue ars hæc commisceat.
Nam solam nudamq; componendæ rei materiam præstabunt,
in qua non sapor tantum, sed et ceteræ qualitates vniuersæ na-
sci è suis queq; principijs possunt: que principia semini cu-
suisq; rei insunt, et per vim innatam alliciunt sibi analogia, qui
bus principijs in rem absolutam exeant. Vt ergo totum semē
totius plantæ materia & principium est: Ita priuatæ seminis fa-
cilitates parteq; priorum effectuum & qualitatum princi-
pia rectè existimantur: Generationes enim rerum analogas
esse oportet. Neq; ex substantia accidens fit, nec ex quoque
principio queq; res nascitur: sed ex proprijs singula proueni-
unt. Et cum accidentium natura, seu, vt loquuntur,
essentia sit inesse, materiam quidem, que substantia sit,
necessario requirunt, non verò vt ex eadem generentur:
sed vt

*Humorem cū
sicco tempera-
tum ex se non
habere nū ul-
lam saporis.*

*Generationes
rerū analogæ.*

seminarium sed ut eidem insint, & in ea nascantur è proprio & simili ac analogo principio; quod nihil aliud est, quam formes, potentia, pars, seu principium; Ita qualitati seu cuius accidenti simile, analogum, cognatum, vt ex eo nasci possit. Quod sane principium si propriam materiam appellari, ex qua oritur qualitas, nihil absurdum committes. Neq; enim alia est qualitatem materia, quam si materiam appellare nolis, vel materiae quiddam proportione respondens vel quomodocunq; lubet, modo rem teneas, nominato. Certè quemadmodum animalia non ex solis primis elementis nascuntur, sed ex alio principio, seminis scilicet, in quo, præter elementa, aliud est diuinius: Ita etiam colores, odores, & sapores ex solis elementis non sunt, sed alio principio constant, vt & ipse stirpes, vt tamen & tota res è toto semine & diuersæ affectiones totius rei è discretis seminis principijs seu partibus enascantur, id beneficio, vt antè dixi, famulantium præparantiumq; & iuantium qualitatum & materiae contingere solet, & ex certis conditionibus in quaq; naturali actione necessarijs: Quarum conditionum efficiens causa quasi præcipua est, de qua iam dixi. Nunc in materia explicanda versamur, quam communissimam & tanquam subiectum, in quo reperiantur & propius insint & nascantur sapores, Aristoteles aquam cum terra naturaliter commixtam (aut si maius ipsa elementa) esse putat. Verum hæc communis est, vt dixi: Propior verò materia cuiusq; rei semina sunt. Cùm vero sapores non totæ res, sed affectiones rerum sint, eorum materia propria sunt partes & principia seminum, saporibus gignendis, vt dixi, apta & analoga: qualia in aqua veteres quidam communia omnibus saporibus inesse putarunt, vt Empedocles, quis saporum genera statuebat in aqua contineri ob exiguitatem in sensibilibus, vel aquam continere talem materialam,

am, quæ quasi semina gignendis saporibus suppeditet. Hæc sententia à nostris seminaris nihil differt, nisi quod non tantum aquæ hæc inesse putamus, sed omnibus rebus in quibus sapor est, vt terra & aquæ, & ex his mixtis. Cùm verò & alimentum, quod semen, dum ex eo iam res nascitur, sibi allicit, materiæ rationem habeat, id certè alimentum principio familiare, & yna in successos conuersum, omnium proxima saporum materia existimari debet. Qualis profectò aqua & terra potissimum esse videtur, si rerum naturam consideremus. Ideoq; ad Aristotelis iam sententiam reueluimus, alia tamen ratione. Is enim aquam & terram, non qua tale alimentum à vi seminis attrahitur, saporum materiam esse, vt debebat, iudicauit: sed simpli citer ita pronunciauit, & in eo sua principia parum obseruauit: vt qui quatuor elementa rerum omnium communem materiam esse statuerit, ad saporum verò naturam duo tantum retineat: cùm Galeno & Aristoteleis plerisq; persuasum sit, non solum ex aquæ & terrenis partibus, sed etiam aëreis & igneis plantas constare, taleq; alimentum allicere: Ita & sapores non tantum ex aquæ & terrea materia, sed aërea & ignea constitui, vt acrem. Sed de numero elementorum disputare hoc loco instituti nostri non est. Igniculus verò in materia latens (quem ipsum propriam materiam ex qua appellare licet) principem in procreatione saporum locum obtinet: Proximum verò inter subiectas materias tota seminis, vel alterius materiae, substantia cum alimento familiari: Tertium deinde elementa: Postremum ipsa corpora naturalia ex elementis concreta. Horum enim omnium differentiæ in saporibus discriminata parciunt. Igniculus quidem ille, seu primum principium in materia ipsa, species saporum inter se differentes constituit præcipue, vt dulcedinem, acerbitatem, acrimoniam, cæterasq;

Alimenta quibus semina nutritur materie rationem habent.

Quomodo aqua & terra sint saporum materies.

Seminarii & procreatione saporum principem locum obtinet.

I species

LIBER I.

species saporum, adiumento efficientis causæ & alterius materiæ vel subiecti. Interest enim non parum an tenuis, an crassa, an verò mediocris consistentia sit materia subiecta, an aquæ, an terrea portio abundet, an subiectum corpus ex semine natum, viuum, vegetumq; sit, vt dixi, an emortuum ex vegeto, an vegetum nunquam fuerit; An aqua, an terra in subiecto, aut etiam in alimento abundet. Hæc enim singula & specierum in saporibus differentias iuvant impediuntue, & in singulis speciebus priuatas differentias gignunt, accendentibus etiam cæteris auxilijs, quorum paulò antè mentionem feci. Nec mixtio tacenda est, an exactè contractis partibus in minutissima cohæreat, an male. Hæc enim potius ad materiam, quam situm pertinent.

Adminicula quibus iuuatur, procreatio saporum. Hactenus itaq; de causa efficiente & materia saporum, & quæ efficientis causæ & materiæ natura, quot vtriusq; genera & discrimina sint, satis, vt arbitror, est disputatum. Nunc cætera adminicula, quæ in procreatione saporum interuenire solent, persequar. Proposui in quoq; opere obeundo, siue id sola vi naturæ, siue alia ratione fiat, causam agentem primum: deinde materiam: postremo idoneam mutuamq; amborum communionem esse spectandam. In saporibus quidem priora duo sunt explicata: de tertio, hoc est, mutuo congressu agentis & patientis causæ, iam paucis agendum est. In hoc genere perpendi debent contactus, situs, organa, tempus atq; aliæ eiusmodi conditiones: ratione quarum actio non parum aut iuuatur, aut impeditur. Sæpè enim nullo penitus contactu hæ causæ committuntur, aut non ita, vt res postulat, coniunguntur, vel figura non consentiente, vel re quapiam interueniente. Contactus impeditur, exempli causa, si radij Solis non probè contingant vuas in aprico versus meridiem colle, vina sapore imbecilliori nascuntur: Ita si tempore exiguo Sollem habeant vuæ, vel longiori adurantur, sapore diuersi procreantur.

DE DVLCEDINE.

34.

creantur. Interdum longiori tempore nimia vis nocet, aut breuiori rem non absoluít. Situs & varius partium positus modo conferre, modo damno esse solet. Ita & instrumenta in plurimù momenti habent. Harum igitur rerum post facientem causam & materiam in saporibus gignendis vis maxima est: quas res si antiqui scriptores diligentius perpendissent, in saporum vtiq; explicatione non toties impegissent.

De causis dulcis saporis & earumdem adminiculis.

CAPVT V.



E dulci ergo sapore prosequar, que communib; causis omnium saporum explicatis, interrupta erant. Cùm enim dulcedo ^{Repetitio de causa efficiente dulcis saporis.} roris, perfectio quædam princepsq; sapor sit, eius explicatio ad communes saporum causas nos deduxit, à quibus iam ad institutu reuersi perficiamus, quæ de dulci sapore declaranda restant. Antè quidem docuimus, dulcedinem gustatus obiectum esse absolutū & perfectum, ideoq; temperatum & quadantenus nobis simile: A calore autem coelesti miti benignoq; tam externo, quam interno insitoq;, excoqui ac temperari, siue in viuentibus & vegetis rebus, siue vita carentibus ea mixtio, coctio, temperatioq; fiat, etiamq; cum ortu rerum coniunctam. Igneum etiam calorem elixando, torrendo, destillandoq; dulcedinem, in quibus eius initia sint, elicere. Eam tamen cum interitu rerum esse coniunctam. Et tantum quidem de efficiēte causa fuit dictum. Nunc ^{Materia dulcis.} quæ materiæ ratio sit, in dulcibus exponendum est. Si ergo singularim quispiam circumspiciat, cunctasq; res, quibus dulcedo inest, consideret, videbit non eandem esse dulcium materiam, sed diuersam magnaque varietate discrepātem, Dulcia enim sunt

LIBER I.

& quæ vitam habent, ut stirpes animantesq; : & quæ vita priuata sunt, ut stirpium animantiumq; partes separatae : & præterea res quædam toto genere inanimæ, ut insidens arboribus mel aëreum coelo delapsum. Quin & terræ ipsisq; metal lis, atq; alijs rebus plurimis latens & abstrusa quædam dulcedo inserta est : quæ etsi gustatu non percipitur, artificio tamen secerni eliciq; potest. Dulcedinem ergo habent restam crassæ quæm tenues, tam aridae quæm huimentes, tam calidæ quæm frigidæ, ut Melones, Mustum, Castanearum fructus, Pyra, Cerasa : Tam aqueæ quæm terrenæ, tam liquidæ quæm concretae, tam densæ quæm raræ. Quarum sanè qualitatum nullæ materiae dulcium perpetuò adsunt. Ex quo perspicuum est, ad ipsam dulcedinis speciem constituendam nihil facere has differentias materiae: quæ tamen differentiae varia ipsius dulcedinis discrimina pariunt iuxta maioris minorisq; rationem. In liquida enim tenuijs materia promptius vberiusq; dulcedo se exercit, crescit & sentitur, quæm in crassa coactaq; : Contrà in crassa, densa, sicca, tardius crescit, minus evidenter sentitur, sed diutius seruatur: quamvis & quo maior & syncerior est, eò diutius seruatur, ut in Saccharo & melle apparet: In humida & calida, item quæm in sicca & frigida, in rara quæm in densa, promptius suram vim ostendit. Quæ verò harum qualitatum, ut calor & frigus, vim efficientis iuuantisq; causæ induant, antea fuit declaratum. In materia itaq; generatur sapor dulcis non indeo, quod materia sit moderate vel tota calida, vel frigida, vel humida, vel sicca, vel crassa, vel tenuis (quamvis ne sine his quidem) sed aliam ob causam. Calor enim, ut dixi, tantum calefacit, & calefaciendo præparat: Ita cæterarum qualitatum unaquæq; vnicam tantum habet actionem per se: neq; calor facit dulcedinem per se, sed fortuitò & iuuando, habens rationem causæ.

Qualitatibus differens materia dulcium.

Calor non gignit dulcedinem.

DE DVLCEDINE.

35.

causæ sine qua non: neq; dulcedo nascitur è calore, tanquam è materia. Hæc enim non sunt analogæ, sed diuersæ naturæ.

Esse igitur certè aliquid oportet in materia, è quæ dulcitudo propriè & per se originem trahat. Id quamvis dulcedo nondum sit, tamen dulcedini analogum & affine erit, & eiusmodi naturam habebit, ut in quacunq; materia id sit, ex ea dulcedo nasci possit: in qua non sit, ea nequeat fieri dulcis. Id certè moderatus calor non est, ut veteres censuerunt. Neq; enim in qua cunq; materia is calor est, ea statim dulcis est, etiamsi cætera omnia respondeant. Neq; cæterarum qualitatum illa esse potest. Nulla enim hanc vim habet, ut, ea præsente, in materia dulcedinem gigni necesse sit, vtcunq; adiumenta reliqua conueniant. Quid igitur tandem id erit? & potentia dulcedinis seu proprietas materiae naturaliter insita, ac eiusmodi quasi primordium & seminarium per materiam sparsum, è quo non aliter dulcedo, cæteris causis iuuantibus, enascitur, quæm ex semine planta, nisi quod semen videamus: seminarium verò illud dulcedinis nullo sensu comprehendimus. Multa enim alias etiam sunt, quorum sensum non accepimus, que ingeniosi tamē hominis ratio, quomodo sint, facile caput. Hæc igitur & potentia dulcedinis cuiuscunq; materiae inserta est, & ex ea, si non de-sint cætera adminicula, dulcedo enasci potest. Quæ materia hoc seminario caret, in ea nulla vñquam dulcedo orietur, etiamsi vñiuersa illa concurrant, quæ cum Medici, tum Philosophi omnes ante nos dulcedinis causas esse sibi certò persuaserunt. In hac igitur & facultate in procreanda dulcedine caput rei situm est, veramq; radicem & ortus sui principiū dulcedo inde capit. Cæteræ verò quæ in dulcedine gignenda accedunt, adminicula tantum & tanquam instrumenta sunt, quæ non tam ad dulcedinis quæm totius rei, in qua dulcedo est, ortum absoluendum concurrunt: quæ ideo ad dulcedinis

Primordium proprium in materia dulcedinis.

Primordium non est calor moderatus.

Seminarium materiae occultum.

In primordio materiae caput rei situm est, cæteræ omnia tantum iuuant.

I. iii. spe-

LIBER I.

Quæ qualitatæ res plus innæt dulcedinem.

speciem per se necessaria non sunt, quod diuersa in diuersis rebus dulcibus animaduertantur, nec eadem singulis rebus dulcibus semper adsint: Quæ verò horū vt plurimum dulcedinem eamq; insignem comitantur, vt liquiditas & mediocris materiæ consistentia, æquabilitas partii, moderatus calor, ea etiam vim efficaciore in producenda dulcedine habere meritò censemuntur: Quemadmodum contrà, si qua & paucis & languidè dulcibus rebus adsint, vt crassitudo, & inæqualitas materiæ, & densitas, & frigus atq; ariditas, ea exiguum facultatē iuuandi dulcedinem obtinere rectè iudicātur. Neq; hæc igitur, neq; illa propriè ac suapte natura dulcedinem creant: alias necessario rebus dulcibus perpetuoq; inessent. Iam autem vt ea, quæ ad materiam dulcium pertinent, persequar, quemadmodū facultas & principium dulcedinis in materia principiū locum in ortu eiusdem dulcedinis habet, cæteræ vero qualitates in eadem materia modo iuuant, modo impediunt dulcedini generationem: Ita in ijs dulcibus, quæ aluntur, nutrimentū familiare quidem augendi, alienū autem hebetandi dulcedinem plurimū momenti habet. Semina etiam rerum dulciū integra esse decet. In ijs enim tanquam materia proxima, summa illa dulcedinis origo & potentia latet: quemadmodum & in eorum, quæ citra semen nascuntur, seminario peculiari. Mixtio quoq; partium rotunda & exæta requiritur, in minuta redactis substantijs & qualitatibus pròbè refractis. Si enim hæc adsit vñā cum æqualitate mixtionis, & cætera quoq; rectè se habeant, sola dulcedo, non impedita, sese copiose exeret. Hactenus de efficiente causa & materia dulciū generatim satis, vt arbitror, dictum est. Nunc quod tertium est, qui congressus huius causæ cum materia esse debeat in dulcedinis procreatione exponam. In qua igitur materia dulcedinis primordia insunt, eam ab agente siue externa siue interna causa contingi afficiq; oportet. Neq; hæc coniunctio vel spacio aliquo,

vel

vel alia re interueniente impedienda est, & iusto tempore mutuus hic contactus durare pro cuiusq; materiæ natura debet. Intenui quidem & liquida nō ita diu: in crassa, densaq; & sicca diuitius: cumq; sapor ad gustum referatur, id instrumentum integrum & exquisitum esse oportet. Exempla horum sunt ex radicibus, lignis, fructibus, & cæteris rebus dulcibus petenda. Hæc sunt quæ in vniuersum ad constitutendum omnem dulcem saporem requirantur. Iam quonodo ex mutatione & varietate harum causarum varie dulcedinis differentiæ in rebus emergant dicam. Earum enim ratio ex his causis pendet.

De differentiis dulcium & causis summa dulcedinis.

CAPVT VI.



Vm veras causas dulcedinis reliquorumq; saporum hactenus nemo solidè indagaret nec in uenerit, id necessario consecutum est, vt neq; differentias in saporibus quisq; rectè discreuerit, explicaritq;. vt enim diuersis causarum generibus diuersa etiam saporum genera respondent: ita differentiæ in ijsde causis, saporū quoq; eorundem discrimina pariunt. Et, vt omnis rerū notitia è causis petitur, ita ignoratio rerū ex causarum ignoratione nasci solet. Non parū enim interest cōstituere certa ratione rerū dulcium discrimina, quæ hactenus magno errore à scriptoribus fuerunt neglecta. *Vtilitas differ- rentiarum.* Dum enim omnes simpliciter de vna dulcedine loquuntur, & vires dulcedini potius, quam rebus dulcibus tribuunt, dici non potest, quantum in tanta rerum dulciū varietate errauerint, dum easdem facultates scribunt rebus plurimū inter se, & viribus & natura, discrepātibus. Præstat ergo certas è certis causis statuere differentias, & singulis suas assignare vires ex ijsdem causis ortas.

I iij

Viri-

LIBER I.

Virium enim causa Medico tota hæc inquisitio instituenda est. E causarum igitur, vt dixi, vario concursu, varia dulcedinis discrimina oriuntur.

Si ergo primordium, seu *ūvæpis* dulcedinis, sit insita materiæ aptæ & integræ, cui calor proprius & nativus sit validus per totum eius corpus distributus, neq; externus cœli ac syderum calor impediatur, alimentum simile & cognatum attrahatur, mixtio exquisita, &c, vt Democritus ait, rotunda, atq; æquabilis vno partium citra anomaliam materiæ sequatur, & tandem ex his corpus tenuium partium & liquidum, aut mediocris consistentiae consurgat: ea res necessario erit omnium suauissima dulcissimaq; Nihil enim penitus ad summa dulcedinem cō temperandam miscendamq; defuit. Id solùm supereft, vt eadem res dulcis homini sano offeratur, qui palato sit exquisito, delicata lingua, nec viciato gustu. Si verò contrâ illa *ūvæpis* seu initium futuræ dulcedinis in quapiam materia non sit, id solùm satis causæ est, cur ex ea materia nulla vnquam dulcedo eñascatur. Longè verò minus enasceret, si & insitus eius materiæ calor imbecillis sit, & cœlestis extrinsecus eam non contingat, nec foueat, nec alimentum dulcedini idoneum trahatur, & totius rei coagmentatio fiat *āvōμαλῶς*, & mixtio sit inæqualis, elementorum quopiam valdè exuperante, ita vt vel densum nimis, vel aridum, vel crassum, vel omnino aqueum corpus constituatur: hæc enim cuncta simul ita dulcedinis contemperationi aduersa sunt, vt quasi ex diametro ei contrâ ponantur. Nam verò inter hæc quasi extrema causarum dulcedinis, media quædam constitutio interuenit, cuius infinita propemodum varietas est, quæ aliter discerni non potest, nisi quæ vel in medio consistit, vel proprius longiusue ad alterutrum extremorum accedit. In materia verò singulorum, quomodocumq; dulcia sint,

*Mediarum dif
ferentiarum
varietas ex
varietate cau
sarum iuuani
tium.*

DE DVLCEDINE.

37.

sint, facultatem seu primordium illud dulcedinis inesse necesse est: cæteræ verò causæ diuerso modo, vel præsentes vel absentes discrimina constituunt diuersa, ita vt in vniuersum ipsa dulcedinis natura seu species debeat faciliati & primordio dulcedinis in materia: Differentiæ verò dulcedinis, cæteris admiculis iuuantibusq; causis: quæ si plurimæ concurrant, insignem dulcedinem: si pauciores, minorem: si paucissimæ, quæm minimam producent. In summa igitur dulcedine, vt dixi, cuncta huius saporis adiumenta coire necesse est. Quicquid verò summa dulcedinem non attingit, id hac ratione iam ab ea differt, quod adiumento aliquo caruerit, quo minus eam attigerit. Itaq; differentiæ dulcedinis sunt defectus & interualla, quibus à summa dulcedine cæteræ res dulces absunt, quod adiumenta vel plura, vel pauciora desint, idq; vel agentis, vel patientis, vel vtriusq; ratione. Hæ ergo differentiæ cùm non nisi defectus & impedimenta sint summa dulcedinis, id non igno, *summa dulce randum* est, summa dulcedinem bifariam impediti; vel ne *gī* ^{do bifariam} *impeditur.* gnatur, vel ne sentiatur. Et cùm impedimenti modus aliter distinguui non possit, quæm extremis, id est, maioris & minoris ratione, & medio: magnum impedimentum dulcedinem valdè minuet: mediocre mediocrem dulcedinem constituet: leue dulcedinem quæ parum à summa absit. Id quod in omnibus impedimentis ac differentijs, etiamsi non vbiq; dicetur, tenendum erit. Et harum trium differentiarū quilibet vicissim in tres gradus, seu interualla, distinguui debet. Primùm itaq; dicam de ijs impedimentis, quæ obstant, ne absoluta & summa dulcedo gignatur, & rem ipsam exemplis declarabo.

Si ergo iam in calore & vi conçóquente & permisceente aliis *Impedimenta* quid desideretur, vt vel naturaliter debilis aliqua in re insit, vel *summa dulce* *dulcis exēplis* non probè, aut non satis diu, rem contingat, aut extrinsecus *declarantur.*

K quomodo

Quomodo dulcedinis differentiae à secundis qualitatibus orientantur.

quomodo libet impediatur, dulcedo euidenter à summa abscedet, vt in vuis à Sole auersis, vel sub tempestate frigida & humida natis. In solo semine etiam plurimum situm est. Si enim id, quod dulcem saporem proferrre natum est, viciatum terrae mandetur, natuam dulcedinem fructus non obtinebit. Vitium enim seminis tum cæteras facultates, tum dulcedinis insitam dñvaputv violavit. Hoc accidit vel situ, vel rancore, vel maceratione seminum in liquoribus dulcedini aduersis, atq; alia quacunque labo. Iam dicam, quomodo dulcedinis differentiae à qualitatibus cæteris, quas secundas vocant, oriantur, quæ dulcedinem, partim dum res gignitur impedian, partim in re genita obtundant, ne sentiatur. Nimirum enim partium crassitudo & densitas, nec in procreatione rei obtemperat calori commiscenti, nec peruia est qualitatibus vna gignendis, longè minus apta sentiendis, cùm præsertim gustus sit tactus quidam, qui à tenuibus rebus promptius, quam à crassis afficitur. Idem ferè iudicium est de materia densa: horum exempla sunt Castaneæ, Cotonea mala, Pyrorum quædam & leguminum genera, quibus ob crassitatem & densitatem languidior est dulcedo: quamuis & inæqualitas compositionis accedit, quæ sæpe comes est materiæ densæ spissæq; & ideo inæqualiter subactæ. Durities quoq; impedimento est, quo minus sapor dulcis gignatur, cùm ea siccitatis plerumq; sit proles, & terrenæ materiæ atq; crassæ, quam dulcedini aduersam iam ostendi, particeps: cùm ea, quæ nimis sicca sunt, nec liquefcant, vt exactè contactu suo mouent linguam (quemadmodum & ea, quæ non madescunt) nec possint facile dissolui, nec tactui cedant. Atq; hæc omnia tam ne fiat dulcedo, quam ne sentiatur impediunt. Iam si cætera re cætè habeant, solum alimentum verò idoneum desit, fieri nequit, vt ea res perfectè dulcescat. Vites enim, quæ dulcia vina redunt, in

dunt, in alienum solum translatæ vuas austeras proferunt. Neque enim habent, vnde sibi, suæq; naturæ, familiare nutrimentum allicant. Ex quo idem ijs accidere solet, atq; nobis, quibus ex mutatione alimenti, & ipsa corpora & corporum succi mutantur. Neq; tamen, quod plantæ & animantes, in quibus sapor est, ex aqua terraq; & constent & alantur, ideo ex ijsdem etiam, vt Aristoteles docuit, sapores nasci necesse est: Sed conueniens aqua & terra, proprijs savorum primordijs substrata, et alendo contemperata non parum, vt è suis primordijs (quæ nō sunt aqua & terra) sapores eliciantur, conferunt. In mixtione quoq; & compositione partium, multum momenti est. Nisi enim partes ad summam exilitatem redactæ minutim commisceantur vniuanturq; , & retusis qualitatibus cæteris, nihil varium & inæquale appareat, rem à summâ dulcedine desciscere oportet, idq; sicut & in cæteris differentijs vario maioris minorisq; discrimine fieri solet. Vis enim dulcedinis partibus non satis communitatis extenuatisq; , non vndiq; inseritur, & partium anomaliā diuerſe qualitates sequuntur, quibus obtunditur dulcedo. Nec enim in diuersis ac dissimilibus rei partibus, eadem & sibi similis qualitas vndiq; inesse potest: & quod inæquale est, non æqualiter instrumentis gustandi suo contactu offertur, q; tamen requiritur in dulcium gustu. Quod ergo varia mixtio imperfectaque partium coagmentatio, dulcedinem impediatur, ex eo etiam perspicuum est, quod, quæ dulcia sunt, & quælibet naturam, & probè ac valide contemperatam, habere compierantur. Ideoq; & in ijs, quibus inest aquæ, aërea, maximeq; ætherea portio, si primordiū dulcedinis vna in sit, ob facilem exquisitamq; contemperationem, dulcedo insignis et nascitur, & sine impedimentis sentitur, cùm non multiplex compositio, sed æquabilis exactaque simplicitas, & partium vno adsit.

K ij Et hic

Alimentum quomodo impedit generati onem summe dulcedint.

Mixtis quomo do dulcedinē impedit.

*Ex ratione mi-
xtionis sum-
ma dulcedo, et
aliae differen-
tie oriuntur
plures.*

Et hic locus, cùm tantum momenti habeat, paulò accuratius vberiusq; tractandus & explicandus est: cùm & summa dulcedo ac tanquā canon & norma huius saporis hinc nascatur, & reliquā differentiarū inferiorū non paucē huc referri possint. Ergo quod dulcissimum est, proprium & peculiare hoc habet, vt gustatum omnium suauissimè afficiat, atq; ideo sua vi, vndiquaq; instrumentum gustatus probè contingat & æqualiter linguae occurrat. Aequaliter autem occurret, si æquabili & absoluta commixtione contemperatum sit: ita verò contemperatur, si partes contemperationi obsequentes fuerint: Obsequentes sunt molles, tenues, & quæ in minutissimas diuidi possint: Cuius naturæ maximè & primum omniū est Aether, deinde aér, tertio loco aqua, postremò verò omnium ineptissima terra. Si ergo dulcedinis qualitas & primordium incidat in materiam omnium simplicissimam, purissimam, & natura solùm ætherea præditam, in ea dulcedo incredibilis & inæstimabilis orietur, qualem in rerum natura esse non dubiū est: quamuis fortè à nemine mortalium adhuc fuerit inuenta vñquam, aut degustata. Nihil certè eius absolutioni tām gignendē quam sensu percipiendæ decet. Est enim adepta propè calorem cœlestem gignentem, eoq; abundat, & materiam contemperationi æquabili aptissimam habet: cui vndiquaq; ea vis inferi potest, & quæ ob æqualitatem, simplicitatem ac penetrationem, gustatus sensum efficacissimè moueat afficiatq;: Ita vt sit quasi norma, exemplar, idæa, summaq; absolutio dulcium rerum, quæ vt perfectissima, & propè diuina dulcedo est: ita rarissima, vix homini mortali gustanda contingere potest. Nec enim res adeò simplex, tenuis, sincera, & à crassiori concretu aliena, in imo, crasso, & confuso hoc mundo, consistere nata est, quin sursum ad purissima principia sua, & ætheris fontem suapte natura con-

*summa dulce
do exemplar
perfectionis.*

netur

netur euolare, nisi coacta & conclusa violenter, quasi in ergastulo quodam coërceatur. Cùm enim in hoc infimo loco plurimū, & è diuersis ac pugnantibus priuordijs commixta sint vniuersa, atq; ideo infirma, & parùm absolute, atq; dissolutioni obnoxia: quicquid vniuersi, & parum commixtum, simplex & perpetuum est, ac ad absolutionem aliquam accedit, id in hac rerum confusione, imperfectione & impuritate, locum non habet, nisi violentia quadam contineatur: adeò vt vel optima hominis temperatura, ne momento quidem, Galeni & medicorū cæterorum opinione, durare possit, quod contrariorum mutua facultate sublata, vitam extingui necesse sit. Vt igitur in ordine naturæ, quo è synceriori materia quæq; res constat, quoq; simplicior est, eo præstantior merito habetur: Ita dulcedo quo puriori ac simpliciori materiæ inest, eò perfectior & suauior esse comperitur. Ipsa verò absolutio & omnium simplicissima & suauissima dulcitudo, gustui humano denegata est, cuiusmodi dixeris esse Nectar illud, quod Deorum immortalium potum esse antiquitas sibi persuasit: quod quidem Nectar, siue in rerum natura fuerit vñquam, siue non fuerit, hoc nomine, ita posthac dulcedinis summum exemplar mihi liceat appellare: cuius quidem cùm hæc inferiora gustum nullum acceptarent, ea iam inuestigabimus, quæ ad id quam proximè accedunt, & à nobis (quanquam rarissimè) gustari possunt. Dixi ergo iam antea, quo sublimius quidq; sit, quantoq; plus æthereæ naturæ habeat, eò id inferioribus rebus simplicius, purius, ac syncerius, exquisitusq; esse: Et si in idipsum dulcedinis seminarium sit sparsum, id euadere omnium dulcissimum, & tandem aliquid esse in eo genere, quo nihil dulcius suauiusq; in vñiuersitate rerum excogitari possit. Hoc ergo non futile esse testantur ea, quæ à summa perfectione dulcedinis parū absunt,

K. iii. vt mel

*summa dulce
do Nectar dis-
ci potest.*

LIBER I.

Exempla eo- ut mel præstantissimum, vina quædam generosa & straifissima
ri que à sum- dulcedine prædicta, & qui vulgo quinta essentia vocantur igne
ma duleidine secreti simplicissimiq; liquores, fructus dulces, & mel aëreum
parum absunt atq; saccharum. Singula enim hæc, cùm in materia sua seminas
 rium dulcedinis naturaliter insitum habeant, atq; vnâ ætheream
 aëreamq; naturam abundè participant, omnium que ab ho
 minibus gustari possunt dulcissima sunt. Quorum commixti
 onem (de hac enim agitur) singulatim examinabo, & quomo
 do dulcedo inde, vel paucis additis adiumentis creetur, indica
 bo. Quod verò cuncta hæc insinquerunt dulcia, quæ nunc enu
 meraui, portionem ætheream aëreamq; obtineant, in singulis
Mel ætherea ostendi certis indicijs potest. Primum enim, melleus liquor
 naturam ha
 bet.
Manna.
Mel non ex i- temperatis noctibus roris modo è cælo defluit, quod nec Vir
pis plantis na gilius latuit, qui mella roscida nominat, & eius rei fidem cer
 tissimam facit: Hic humor in quibusdam Græcia & Italæ lo
 cis sub auroram hominum etiam vestes dulci lentore perfundens. Sæpius enim guttulis nequaquam conspicuis, tenui q; a
 spergine diffusus, descendit, interdum tamen & densioribus &
 coactis guttis in plantas destillat, ac certis arborum folijs diutius
 insidens colligitur, & græcis aëreū mel, cæteris vulgo man
 na dicitur. Neq; enim, ut imperiti opinantur, è plantis ea res
 exudat, aut in ihs nascitur, ut neq; id quod apes exugunt, ac è flo
 ribus potissimum congerunt, ex ihsdem plantis oritur, sed eo,
 quo dixi, modo cælitus demittitur ac rorat. Cùm ergo è subli
 mi hæ res descendant, ac originem primam inde ducant, supe
 rioris certè naturæ, æthereæ scilicet aëreæq; non expertes sunt
Fructus dul- existimandæ. Ita de fructibus dulcioribus iudicandum est, qui
ces etiā æibe- cùm in aërea summaq; stirpium parte consistant, & in apertum
reum quid ha liberumque aërem se proferant, & cælestem vim per lumen &
 motum demissam hauriant, superiorum tenuiūq; corporum
portione

DE DVLCEDINE.

40.

portione non penitus carent. Ut enim in animantibus crassæ
 corpulentæq; partes, terra & aqua sustentantur, tenues verò &
 mobiles sibi simili supernorum corporum materia aluntur: Ita
 in plantis res habet, quæ ideo etiam quasdam sui partes diffusi
 us exerunt in auras, ut inde, quam desiderant vim, commodius
 allicant, eaq; fruantur. Vnde & Medicorum sermone tritum
 est, quasdam plantas copiosa portione aërea constare: In quo
 censu maximè sunt arundines, quarum quæ seminarium dulce
 dinis insitum habent, dulcissimum succum remittunt, quem
 saccharum appellamus. Quanquam sub terra etiam alliciatur *saccharum*,
 aëreum quiddam, pauca tamen eius generis excellentem ha
 bent dulcedinem, Glyzyrrhiza excepta, quæ & ipsa per sum
 mos sæpius cespites dispergitur, quæ in profunda agitur.
 Vinum autem cælesti spiritu, æthereaque natura donatum esse *vinum*,
 nemo vñquam negavit. Quamobrem dulcedo quæ vinis inest,
 omnium excellentissima, & propè nectaræ habetur, & ob te
 nuitatem harum partium, vina aperta non durant, exhalante
 videlicet spiritu subtiliori. Liquores porrò quos artificiosis ca
 loribus eliciunt, & à densiori corpore secernunt, & spiritum ^{Quinta essen-}
 tia. quintumque elementum nuncupant, æthereos esse nemo am
 bigit. Nisi enim hos, ut ante dixi, studiose abditos coérceas,
 protinus in auras euanescunt.

E quibus iam perspicuum esse puto, cuncta vehemen
 ter dulcia spiritum cælestem aëreamque naturam, tanquam sui
 portionem insitam habere, & quo ea portio largior sit, cò fieri
 rem dulciorem, si pro sua natura primordium dulcedi
 nis habeat insertum. Quod vero propter æthereas
 partes dulcius aliquid euadat, tenuitas harum partium efficit,
 quæ mi

quæ mixtioni obtemperans æqualiter dulcem qualitatem recipit, æqualiterq; sensui gustatus inducit. Quod ergo aërea portio excellenti dulcedini adsit, iam perspicuum fecit, quod æthere plurimum exuperante, res purior simpliciorq; signatur: quæ synceritas ad solam, nec impeditam in materia dulcedinem percipiendam plurimum conducit. Hæc ita se habere ijsdem dulcium rerum exemplis doceri potest. Quod enim insignis & excellens dulcitudo, non solum gaudeat materia cœlesti, sed etiam æquabili ac simplici, neq; ex diuersis partibus concreta, eadem, hoc est, mel, vinum, saccharum, fructus dulces, manna, dulcia igne separata, indicant. Quæ singula ferè simplicem consistentiam & materiam, ac mixtionem æquabilem, nec varijs partibus constantem, vel natura, vel arte sunt adeptæ.

Mixtionem æquabilem non in aliis summe dulcibus esse.

Mel simplex ubi.

Mel enim, si à mortalibus excipi poslet, antequam per inferiorem & vaporosum aërem destillans, tot mutationes subit, siue, vt Plinius ait, cœli sudor est, siue quædam syderum saliuia, siue purgantis se aëris succus, nectar & liquorem certè haberemus omnium syncerissimum, simplicissimum, purissimum, saluberissimum, qualem fortè quispiam existimauerit naturam hominibus inuidisse. Cùm autem is liquor ex immensa cœli profunditate defluat, non potest non esse simplicissimus, quemadmodum & ipse rerum patens æther. Nunc vero cùm toties immutetur, plurimum alienæ, impuræ, mixtæque naturæ contrahit: primum quidem in ipso aëre, ex tanta altitudine cadens, vaporibus terræ occurrens, deinde à plantis, quibus aspersum inhaeret, nouâ vim capiens; unde mel Heracleoticum in Ponto, Di scoridi, venenatum est: Plinio, Sannorum, in eodem Ponto Me nomenon vocatum, degustantes in furorem conuertit: Et in Sardinia ex absynthio ab apibus congestum, amarum est: Adeniq; quo deteriores, vel præstantiores sunt plantæ, quibus incidit,

cidit, eo mel deterior præstantiusue euadit: qualecumq; tamen est à sua natura, quam habet dum primo defluit, plurimum ex plantarum contactu desciscit. Præterea ab imbris & æstu Solis vitiatur, & in apum ventriculis atq; fauis maceratum, quæ siq; fermentatum, alienam naturam, quam sapè, vt dixi, à plantis etiam habet, induit. Quin & coctione aliquantulum mutatur, dum à cera seceritur. His tamen omnibus periculis coelestis naturæ præstantiam suavitatemq; non penitus amittit. Et cùm in aliis confusius sit, inæquali, fauorum, propoleos, & ceræ materia concretum, ars postremò labore id secernit & simplicius, atq; ipso purius præstantiusq; reddit. Cuncta tamen tot mutationibus vitia contracta tollere, & pristinæ confusæ cœlestiæ & simplicissimæ naturæ id restituere nequit. Tantum tamen æquabilitas materiæ & synceritas compositionis potest, vt qualiscumq; ea mellis restituatur, melius id efficiat, quam in aliis è pluribus concretum erat. Quis igitur neget à multiplici compositione, siue artificio, siue naturalis ea sit, dulcedinem impediri? Quemadmodum enim ars separatione partium res quædam dulciores facit: ita natura seminatum dulcedinis latens ab impedimentis, quantum cuiusq; rei conditio permittit, secernit, liberat, elicitq;. Hoc vt in melle perspicuum iam feci, ita in ceteris idem est ostendendum. In plantis dulcibus eorumq; potissimum fructibus calor insitus & cœlestis materiam percoquit, subigit, & miscet: & dum hanc mixturam & diuersarum partium confusionem ad æquabilitatem quandam & similitudinem perducit, magnum dulcedini adiumentum ad fert. Ea æquabilitas, quam Græci ἴσομοιγίαν aptè nominant, est, vbi partium varietas, quæ ante erat, aboletur, & res tota constituitur vniuersitati, partiumq; similis natura emerget, quæ à vera simplicitate parum distat, & ad insignem dulcedinem

Mel suæ naturæ simplex & æquabile varijs mutationibus compositione arte iterum simp lex aliqua ex parte redditur.

In plantis & fructibus simplicitas & æquabilitas compositionis dulcedinem inveniat.

I somaria quid

LIBER I.

In quibus natura non afferatur equabiliter coquenda tollit anomaliam.

dinem gignendam percipiendamq; cum primis confert. In quibus vero hanc perfectæ mixtionis æquabilitatem natura non perficit, eam ars interdum imitatione quadam coquendo perficit, ablatis per ignem impedimentis, diuersisq; partibus, quæ à nativo calore impedito tolli non poterant, discussis. Hinc ergo fructus quidam, præsertim ad maturitatem nondum perducti, coctione dulcescunt. Hinc Saccharum in ipsa arundinis medulla satis excoctum maturatumq; simplicius atq; ideo dulcius quidem eo est, quod in arundine cruda vix dum inchoatum adhuc adolescit viretq;. At cum & ipsum nihilominus aqueum & terreum aliquid habeat, atq; ideo eius nondum excocti dulcedo herbaceum quiddam sapiat, præter maturationem certè coctione quoq; indiget, qua sublatis & dissipatis aquis humoribus, terrena vero portione secreta, sincerius simpliciusq; reddatur, & propterea dulcius etiam, quā in arundine quantumvis probè maturata erat. Ita Saccharum non solum natura, sed etiam arte ad sinceritatem deposita anomalia perducentur dulcius fit seipso. Ita in Glycyrrhiza, radice scilicet dulci, anomalia & partium constituentium dissimilis ratio dulcedinem ingratam reddit. Succus vero arte expressus, secretusq; & recte inspissatus, dulcior euadit, quia æqualior simpliciorq;, & à dissimilibus partibus segregatus est.

Simplicitatem dulcedini conferre probatur alijs exemplis.

Quantum vero simplicitas & puritas rerum tam ad constitutandam dulcedinem momenti habeat, hoc non difficile est vulgatis etiam exemplis comprobare. Si enim aquæ synceras puræq; vel tantillum mellis, aut Sacchari, aut aliquius liquoris dulcis iniicias confundasq; totum liquorem euidenter dulcem reddes. Propter simplicitatem enim dulcis qualitas æquabiliter commiscetur, & citra impedimentum perspicitur: Ita si tenuem & satuum alicuius rei puluerem, qui simplex, syncerus &

vnius-

DE DVLCEDINE.

42.

vniusmodi sit, etiamsi ferrenam habeat naturam, commisceas cum portione puluisculi dulcis, totum efficies dulcem. Quod si eandem portionem dulcedinis cum eiusdem ponderis liquore aut puluere non simplici, sed è diuersis rebus commixto vtcunq; exquisitè confundas, nequaquam tamen tantam dulcedinem compries, quanta in re simplici ex eadem mixtione nascebat. Cum itaq; crassioribus (simplicibus tamen sensu) rerum primordijs aquæ terræq; ars dulcedinem haud difficulter inserat, quanto naturæ miscentis vires, & hæ quidem tenuem aëreamq; materiam naçtæ, præstantiores in contemplanda dulcedinæ sunt iudicandæ? Dixi superius roscidum, æthereumq; mellis liquorem è cœlo cadentem, omnium naturæ rerum esse dulcissimum. Eam vero suavitatis præstantiam tantæ mutationum vicissitudine obteri & deperdi, cœlestemq; vim magna ex parte vanescere & expirare, dulcedine qualicunq; manente, quæ in nostro melle sentitur. Nunc ergo cum cœlestis ille liquor nobis, vt dixi, syncerus non contingat; videndum est, num quiddam præterea dulcius vulgato nostro melle in rerum natura extet, quod & plus cœlestis facultatis in se retineat, & inde suauiori dulcedinis gustu excellat. Vinum certè generosum, cuius naturæ insitum est dulcedinis primordium, si probe excoquatur & ad substantię tenuitatem æquabilitatemq; maturatione & vi cœlestis caloris perueniat, non solum dulcedinem nanciscitur insignem, sed eandem etiam vnâ cum spiritu æthereo (cum vegetior eius sit mixtio, quam mellis) facilis, quam mel conseruat, & eo ipso etiam suauius melle gustum demulcit delinitq;. Benignus enim ille æthereusq; spiritus cum naturæ nostræ meliori sit persimilis, non parum ad excellentem suauitatem facit: Qui cum in melle tot macerationibus confecto disipetur, mirū non esse, si mellis dulcedo non modo ingratiior sit

Vini dulcedo suauior mellea

Mellis dulcedo nauisam moneta

Lij dulces

*Adiumenta
summe dulce
dinis in vino.*

*Secretio &
simplicitas qui
bus modis ana
tura & arte
queratur in
vino.*

*Si in separa-
tione tenuitas
partium. athe-
re non dissi-
petur, dulcedo
is temperatis,
& thereisq;.
Destillationum
enim ita imperitus ne-
ugebitur.*

dulcedine vini, sed etiam nauseam pluribus hominibus mouet, cum suavia vina nullis aut perpaucis displiceant. Sunt enim è vegeto & viuo corpore succus expressus, & naturæ nostræ tenuiori aliquid simile habent, & cœlestem insitumq; spiritum retinent, nec tantis mutationibus distractam vim amittunt, & exquisitè conclusa conseruataq; ætheream sui portionem, qua dulcedo figitur acuiturq;, diutius retinent: Quæ sine gula ferè melli desunt. Est ergo in vino tenuitas partium, & æthereaq; natura, potens spiritus, & calor, exacta mixtio, & qualibet & ferè simplex materia, quæ & qualitas, etiam separacione & expressione augetur. Hæc ergo singula cum insignis dulcedinis sunt adiumenta, posito primordio, necesse est, si hæc consequantur, præstantem vino dulitudinem conciliari. Separatio verò, de qua præcipue iam est dicendum, & secretio partium tanti ad dulcedinem momenti: primò quidem à natura fit excoctione, ut supra indicaui: deinde arte in torculari, quæ expressio nota est: postremò fit & secretio per ignem, quo simplicitas queritur omnium exquisitissime. Cum enim res naturales, confusa & è diversis partibus concretæ appareant, commixtio, autem varia dulcedini impedimento sit, necesse est, si aliqua dulcedo subsit, eam hoc magis percipi, quo simplicior, purior, tenuior res, seu natura, seu arte, redditur. Simplex autem res redditur, partibus diversis demptis & secretis. Secernuntur verò partes natura per calorem insitum, arte verò per ignem, omnium exquisitissime: crasse scilicet à tenuibus, & thereæ ab aquæs, aquæ ab terreis. In qua separatione si tenui-

ma

es aereæ partes, quoad eius fieri potest, conseruentur nec dissipentur, fit, ut nec earum dulcedo euaneat, sed in apertum pro rea non diffundatur & adhæreat partib; sibi cognatis, tenuibus scilicet aereis, petur, dulcedo is temperatis, & thereisq;. Destillationum enim ita imperitus ne-
ugebitur.

mō est, qui non norit ad moto igne è tenui materia primū quidem ætheream portionem abstrahi, mox aquam: è crassa verò densaq; materia primū aquam: deinde penitus abstraham vim cœlestem æthereamq; tenuorem: terrenas autem fæces in fundo semper residerē. Dum verò ignis violentia rudes & præcipue tamen rei partes dirimuntur, idem ignis sua vehementia eas partes exacuit, & alienas qualitates ijs. infigit.

Quare pars vini, quæ prima destillatione excipitur, dulcis non est: quanquam & simplicior & tenuior sit, & plus ætheris habeat, quā in integrum vinum tantula quantitate habebat: sed longo ignis contactu acrimoniam contrahit: Ita & cæteri liquorores, qui è crassiori materie postremò elicuntur, acres sunt propter igneum ardorem, qui inter separandum partibus se insinuat: Qui liquorès calor temperato admoti, & præsertim circulatione appellata diutius macerati, igneum ardorem, quem

Græci ἡμέραμεν nominant, tandem amittunt, temperato calore obtundente, mitigante, & contemperante materiali liquoris.

Vt enim ipse æthereus rerum spiritus mitis & temperatus est: ita si ignea inflammetur acrimonia, externo calore, miti, benigno, temperatoq;, vicissim iuuatur, pristinæ naturæ restituitur, & acrimoniā, omnemq; vim alienam exuit. Quæ sane acrimonia ignea, vt in secretis liquoribus, quantumvis simplicibus, dulcedinis sensum impedit obscuratq;: Ita ea per artificiosum temperatumq; calorem deposita, res quām simplicissima & ætherea ac alienæ qualitatis expers redditur, indeq; si modo dulcedinis seminarium insitum habuit, omnium suauissima dulcis sima q; euadit. Qua in re videre est eorum soleritatem, qui *Chemici circa latione res pueris faciunt.* à Suida appellata vulgo tractat: Hi enim spiritum cœlestem tenuoremq; naturam à vino & cæteris rebus abstrahunt, & in vnum cogunt: locum, & tandem circulatione materialm toties

L. ij. — versat.

Duplex ordo
materiæ fluvi-
tis in distilla-
tione.

Destillatili-
quores cur ut-
plurimum a-
cres.

Acrimonia de
fillatorum tol-
litr moderata-
to calore.

LIBER I.

versatam, purgatam, attenuatam, defecatamq; in cœlestē ætherēumq; liquorem nectari parem conuertunt: cuius suauitas & dulcedo facilè res omnes superat, & vera, coelestis, pura sinceraq; dulcedo est, absq; acrimonia & peregrina qualitate, benigno mitiq; calorí coniuncta. Quæ cùm nihil crassioris impuræq; materiæ habeat, & ab elementorum sorde liberata plurimū sit, spiritus & quinta natura, seu, vt vulgo loquuntur, *Quinta effensa cur sic dicitur* &c. essentia quinta nominatur, voce quidem iam in contemptum adducta, non tamen adeò, si candidè rem expéndas, absurdā, nec à Philosophorum sermone aliena: cùm ipse etiam Aristoteles æthera quintum quasi elementum nuncupet, & rerum omnium effectricem caulam communem. Et hi liquores cum primis ætherei sunt, & in hoc infimo loco tanquam in carcere præter suam naturam continentur, non minus quam testa inanis aut uter inflatus sub aqua. Simplicissimi enim cùm sint, in compositis non possunt subsistere, sed ad suum locum sibiq; similem æthera euolare contendunt: vbi summa simplicitas, & ob simplicitatem æternitas, cùm nulla compositionis contrariorum pugna ea corpora se mutuo atterant. Et certè liquores etiam aliqui æterni sunt, nec corruptionem sentiunt: *Vt Apianus in lib. Patauij inuentus liquor, qui multis annis sub terra luxit, testabro antiquitatem.* Idq; memoria hominum contigit, referente Hermolao sum. *Gesner: in lib. Barbaro, & Petro Apiano.* Dulces verò hos liquores esse conde rebus noctū stat, præfertim qui è vino nobiliori eliciuntur, atq; vt dixi, ver lucentibus quæ satione Pelicani defecantur. Quanquam & è cæteris rebus nō dedicauit. *Dottori Gryllo* paucis adeoq; ex ipsis metallis secreti liquores certo artificio, *Trebus etiam* citra alterius rei dulcis mixtionem, eò perueniant, vt insignem *non dulcibus dulcedinem.* sensui dulcedinem afferant. Hinc passim vulgo nominantur Mercurij, Saturni, Antimonij dulcedo. Quemadmodū & Antimonij & aliarum rerum rubedo, vt enim hoc genus hominū saporum, ita odorum & colorum partes vel semina, è rebus pri-

DE DULCEDINE.

44.

natum excipere conatur. De odore non dubium est, eos, quod querunt consequit: In coloribus verò à rebus secernendis vide mus plurimos frusta desudare, quosdam tamen etiam voti cōpotes fieri, & assequi, quod vulgo tinturam appellant, quam in albo & rubro constituit: pricipuam: quamuis & cæteras prolixiunt, de quibus plura forte dixi, quam præsens fert institutū. Nunc eò hæc spectant, vt perspiciam², per simplicitatem & sinceritatem rerum, quæ vel naturæ vi, vel opificio artis cōtingit, & cæteras qualitates & sapores secerni, & in apertum proferri: Hancq; simplicitatem summam natura sponteq; rebus æthereis inesse, artificiosis verò in ætheream naturā conuersis. Hæc vbe rius fuerunt explicanda de cōpositione, quæ ad variandas dulcedinis differentias, quas iam expono, plurimū potest. Et cùm differentiam constituerim triplicem, summā, mediocris, & languide, scilicet, dulcedinis, de summa eiusq; causis & exemplis iam satis videor dixisse: De mediocri deinceps iam erit agendum, si prius discrimina summe dulcedinis paucis discreuero, & exemplis illustrāro. Vt ergo summa dulcedudo ab illa perfectione & suauitate cœlesti paru distans, & qua nihil suauius iucundiusq; in hac mortali vita gustatū nostrū mouet afficitq; cunctas ad iuantes causas & dulcedinis adiumenta vniuersa coniuncta habet, atq; adeò ipsa saporum perfectio est: ita quæ ab hac perfectione interuallo conspicuo desciscit, adiumentis aliquot dulcedinis destituitur, & summum huius saporis gradum nō attingit, & quo plura vel desunt, vel absunt adiumenta, eò vel longius à perfectione abscedit, vel propri accedit. Et cùm in tria fastigia omnem dulcedinem diduxerim, & cuiusq; fastigij interualla itidem tria constituerim, quæ summū interuallum primi fastigij tenent cætera omnia excellunt, qualia ferè sunt vina quædam quæ in Hertruria degustauimus, Trebiana hoc tēpore appellata, *Primi interualli exempla* L iiiij neq;

LIBER I.

neq; tamen eius nominis cuncta, sed delectu quodam cæteris præstantiora, qualia in agro Pessulano nascuntur. Maximè vero è simili vino vel quovis generoso, præsertim nigro, liquor igne detractus, & artificiose calore defecatus, ac ad summa in suavitatem redactus: & liquor roscidus in aëre, & mellis quædam genera præstantissimi, quale Atticūn olim fuit: & hoc tempore ex Hispanico quodam candido optimum, in Gallias interdum exportatum: Et è Valentiano ac Mederico Saccharo integerrimum: & aëromeli liquidum recens collectum aurora tranquilla è plantis non mali saporis. Et hæc quidem eorum quæ à nobis gustari possunt dulcissima sunt, & in summi fastigi gradu summo constituta. Eiusdem verò summi & primi fastigi alter gradus seu interuallum habet ea, quæ parum à primo distant, cuiusmodi sunt Corsica quædam vina, Maluatica præstantiora, Moschata in Gallia, & Trebiana optimis paulò inferiora, Mel Hyblæum, & è Narbonensi albo delectum, & mel Sarmaticum nostro tempore commendatum. In tertio interuallo primi fastigi locanda sunt vulgata genera mellis non vnde aqua; deterima, vt sunt Germanica & Celtica, & pleraq; Musti & Sapæ ac vinorum non dulcissimorum & vuarum meliorum genera, Reinfallia, Cerasa dulcissima, Glycyrrhizæ succus, à musto quinta essentia separata feruore, Sacchari Canarici ac Mederici non planè delecti discrimina. His ergo differentijs summa dulcedo definitur. De mediocri deinceps, vt proposui, dicam.

*De mediocri dulcedine eiusq; causis &
differentiis seu gradibus.*

Summa

Secundi gra-
dus exempla.

Tertiij gradus
exempla.

DE DVLCEDINE.

45.

CAP VT VII.



Vmmæ dulcedini, vt dixi, ad perfectionem nihil deest. Cui verò quiddam deest, ea recedit à summa perfectione. Si exiguum id est, quod deest, ea dulcedo intra fastigium summa dulcedinis adhuc consistit, idq; in primo interuallo; si plusculum quidam, in secundo; si adhuc paulò plus defuerit, in tertio: Si præter hæc aliquid deerit, ea dulcedo primum summa dulcedinis fastigium non attingens ad solam mediocritatem quandam peruenit, ac in secundo fastigio subsistit, imbecillitate causarum gignentium dulcedinem summam. Quæ non solum in materia & efficacia facultatis agentis spectantur, sed etiam in utriusque congreßu, materia præsertim, & in eiusdem qualitatibus affectionibusq;. Quæ causæ singulatum & prolixo sermone quidem recensendæ non sunt: cum addiscientibus & facile & non inutile sit, singula causarum genera in quois dulcedinis discriminæ percurrere, & ita intelligentiam exercere. Ne tamen aliquid videatur huic tractationi deesse, vt supra exposui, qua ratione calor & alimentum, & semen, & ratio mixtionis, dulcedinem mutent, & eius differentias pariant, ita paucis iam singulatim declarabo, quomodo materia qualitates, quas tactiles aut secundas nominant, impedian saporis dulcis procreationem. Vnde causæ mediocris & languida dulcedinis, magna ex parte constabunt, quarū deinde differentias & exempla quoq; explicabo. A secundis ergo qualitatibus vocatis differentiæ nascuntur, quæ dulcedinem partim, dum res gignitur, impediunt, partim in re genita eandem obtundunt. Nimia enim partium crassitudo & densitas, nec in procreatione rei obtemperat calori

M commisceti

Crassities & densitas impietatis sentiendis, cum præsertim gustus, ut Aristoteles in *dulcedinis generationem & sensum.*quit, sit tactus quidam, eiusmodi tamen, qui à tenui materia promptius, quam crassa moueat, cum & discernendum penitus sit, quod linguae ostentur, nec discerni queat nisi exquisitè contingat, & subeat eius corpus: qua in re crassities & densitas cum primis sunt impedimento. Præter hæc durities etiam obstat, quo minus sapor dulcis perficiatur, cum durities plerumq; siccitatis & materiæ terrenæ crasseq; sit soboles, qualiter materiam dulcedini aduersari iam est ostensum. Sicca enim nimium, ut non liquefiant, ita parum exquisitè contractu suo gustatum mouent, quemadmodum & ea quæ non madescunt, & quæ dissolutu contumacia sunt, quæq; tactui non cedunt. Hæc enim singula efficiunt, tam ne exquisitè gignatur, quam ne sensitatur dulcedo. His ergo impedimentis adiuuantes dulcedinis causæ variæ obtunduntur. Vnde & varijs interuallis, res à dulcedine summa declinat: cuius declinationis discrimina iam pergam explicare. Intra mediocritatem quandam dulcedo varia ob causas consistit, quæ obstant, quo minus ad summum fastigium pertingat. Modò enim impedimento est materia, eiusque affectiones, modò causa quæ facit dulcedinem impedita, vel causæ quæ eius ortum iuuant inhibitæ. Summam enim dulcedinem non assequuntur, quorum materia est aqua nimis vel terrea, vel ex vtroque inæquabiliter commixta, vel calidor, vel frigidior, vel arida, vel dura, vel densa crassaque, vel varijs qualitatibus, pluribusque saporibus, aut alia ratione, in materia seminario dulcedinis violato, obrutoque & obtuso, vel semine vitiato, vel extincto corpore vegeto viuoque. Cuncta enim hæc ad materiam sunt referenda. Facultatis autem efficientis impedimenta sunt, ipse calor cælestis quoquo modo debilitatus,

Causarum mediocris dulcedinis repetitio.

Materia.

Efficiens.

bilitatus, aut ab opere distractus, siue is proprius & insitus cuiusque rei sit, siue externus desfluens à syderibus cæloque, siue igneus & acris, siue idem mitigatione quadam nonnihil cælesti similis factus: Et quæ vtriusque causæ congressum mutuumque contactum impediunt, & quæ tempus vel intercidunt, vel diutius prorogant. Et si ea, quorum erat quacunque ratione dulcedinis ortum iuuare, impedian potius, quam iuuent, dulcedo ad summum fastigium descendere nequit: sed pro vario defectu in discrimina etiam abit diuersa, quorum vel singula singulas habent causas, vel idem pluribus impedimentis acceptum refertur, ijsque vel imbecillis, vel validioribus, pro cuiusque rei natura & conditione. Neque enim ignorandum id est, etiamsi causas differentiarum dulcedinis appellemus, summæ dulcedinis impedimenta defectusque, nihilominus iuxta propriam cuiusque rei naturam, eas causas esse naturales, tametsi collatae, cum causis summæ dulcedinis à nobis impedimenta vocentur: Ut si pomum naturaliter mediocre dulcescit, causæ eius mediocris dulcedinis pomo naturales sunt, sed comparatione summæ dulcedinis impedimenta vocantur. Si autem pomum, quod consuetum summè dulce esse, tale non sit, causæ vtroque modo impeditentes sunt. Iam vt summam dulcedinem in tria diduximus interualla, & cuique sua adiecimus exemplar: ita in eadem interualla nunc mediocrem dulcedinem distinguemus, exemplis idoneis non omisis.

Supremus ergo gradus mediocris & secundi huius fastigij proximè attingit infimum gradum fastigij summi. Quæ discrimina & interualla, intelligentia quidem animi exquisitè, & ad vnguem comprehenduntur ac interstringuntur: sensi-

M ii bus au-

LIBER I.

Mente hæc di bus autem nequaquam ita exactè discernuntur, sed quoad eius
scrīmina ex a ficeri potest. Si cui ergo exemplis illis rem non vñdiquaq; ad a-
et sensu quo-
ad fieri potest
distinguuntur primi res dulces in hos ordines differentialq;, ex obscura & im-
mensa confusione eductas, separare & digerere suimus aggres-
si, magnas gratias ijs habituri, qui hæc accuratiōri diligentia
perficien, ac sensu exquisitiōre limitabunt. Operam certe de-
dimus, vt singulas classes, singulaq; dulcium rerum discrimi-
na, exemplis familiaribus, & vulgò notis, illustraremus, qui
bus, quantum sensu & judicio conseqūi potuimus, differentia-
rum terminos & scopos attingeremus. In huius ergo secundi
fastigij classem supremam coniūcimur fucus aridas, vuas passas
tam candidas & maiusculas, quām nigras & minutas, Corinthi
as & Patrenses, Vipachiana quedā & Illyrica vina, & quædam
in Hylstria nata, quæ mediocrem atatem non excesserint, Gly-
cyrrhizam: ex aridis Prunis, dulcia Hispanica, Pannonica, & è
Damasco aduecta. Ad medianum verò classem referendū est vi-
num Rheticum, idq; ex eo, quod Voltelinum nominatur, præ-
stantissimum, Aurantia mala, ea quæ dulcia sunt, & Punica dul-
cia, Cucumerum id genus, quod Melonum nomine hoc tem-
pore frequens est, præsertim id, quod suavitate, dulcedine &
maturitate præstat, Ficus recentes in locis calidis probè matu-
ratæ: E Prunorum genere cerea & recentia matura Hispanica
& Pannonica, & quæ vulgò Equina vocantur: Castaneæ etiam
rostæ hic referri possunt. Tertiæ deniq; classi subiiciuntur fi-
cusi recentes, quæ sub frigidiori cælo, crudo humore scatent,
nec ad integrum maturitatem perueniunt, & pomæ subdulcia
quædam: Item, Pruna, quæ apud Boios Amascea vocantur, no-
mine ad Damascena alludente, arida præsertim, & Persicam a-

M iij tura,

Primi gradus
moderate dul-
cedinis exam-
pla.

Alterius gra-
dui example.

Tertiij gradu-
exempla.

DE DVLCEDINE

47.

tura, Armeniacæ mala, Castaneæ crudæ: è ratis dulciora, Pa-
stinaca, lac recens multum.

De languidæ dulcedinis tribus gradibus.

CAP VT VIII.



T que huius quidem medij ordinis
hæc sunt exempla suis gradibus & interual-
lis, quām exquisitè fieri potuit, accōmodata. *Tertium fasti-*
Præter hunc tertius & infimus rerum scili- gium dulcedi-
cet languidè dulcium ordo est constituen- niū.
dus, tribusq; interuallis modo cæterorum di-
stinguendus, ita vt primum interuallum euidentem quidem,
attamen languidam dulcedinem complectatur: Alterum ob-
ſcurius dulcia contineat: Tertium penitus obtuse & langui-
disimæ dulcedinis res comprehendat, quibus nihil minus dulo-
ce esse possit, nisi quod dulcedine prorsus destituatur. Primus:
ergo gradus habet Punicum malum medij saporis, quod μέσον
& ab ignariis lingua Græcæ Muzon nominatur, & eiusdem
discriminis Aurantium malum: Vixella aut Cerasa vinea Ger-
manis vulgò vocata, suavi, scilicet acidodulci, sapore, perfectè
matura: Melopepon non satis excoctus, Amascea pruna recen-
tia Boiorum. Alterum gradum tenent, acidodulcia Cerasa &
Pruna non satis matura, Mala persica, sub frigida tempestate
nata, Triticum, Hordeum, Fabæ, Pisa, Carnes lapidæ, Porcel-
lorum, Caporum, Gallinarum, Vitulinae, Panis è flore tritici
coctus, Vitellus oui. Infimo gradui subsunt Cucurbitæ, Me-
lonum genus ferè insipidū, carnes insipidores & macræ, Vac-

M iij carum ac

LIBER I.

carum ac Bubulorum, & animalium ventres ac intestina & pedes, ac partes neruosa, ouum integrum, panis & *τόνος*, furfuraceus, cibarius, sordidus, fecalinus, auenaceus, atque alij eiusmodi cibarij sapore, qui dulcedinis tantillum, aut ferè nihil, habent.

Alicet rerum dulcium differentia. Et hæ quidem sunt præcipuae differentiae, quas ratione maioris aut minoris dulcedinis metimur, quarum causæ ex ijs, que iam antea declarata sunt, satis constant. Tametsi vero hæc dulcedictum rerum discrimina sunt præcipua, eadem tamen alijs quoque rationibus differunt, essentia scilicet, natura, causis & effectibus. Dulcedo enim est vel simplex, vt in æthereo liquore per ignem secreto, & vino Trebiano syncero, ac Saccharo purissimo; vel est cum alijs saporibus coniuncta, siue natura, siue ars commiscuerit, vt cum acrimonio, in melle; cum falsedine, in melle salito: cum amaritudine, in succo rosarum, præsertim si melle conditatur: si succus, aut si absinthij succus melle excipitur: cum aciditate, in Prunis quibusdam & Cerasis Vixellis: Cum acerbo, in Pyris & Pomis quibusdam sylvestribus: cum austero, in vini nigri generibus. quibusdam, qualia Vindelica noua sunt, & in Italia permulta: cum horrido & nidorulento, & medicamentoso sapore, vt in agarico & polypodio: cum pluribus saporibus, vt in rosa. A causis differentiae petuntur & primùm quidem à faciente causa, quod dulcedo quædam à natura gignatur, vt in vegetabilibus, quædam ab arte. Ab arte vel adiectione dulcedinis, vel detractione eorum, quæ resistunt dulcedini, idque vel per ignem, vel citra ignem: Detractione, vt in destillatis, & exprefsis, & coctis, & tostis: Adiectione, vt in ijs quæ confunduntur, & rebus dulcibus, vt melle, Saccharo, passo, coniduntur. Materia differunt dulcia, quod quædam dulcedo in æthereo celestique materia insit, quædam in aërea,

Differentiae à materia & buitis affectio nibus.

Differentiae à causa faciente.

Simpllex dulcedo.

Composita.

DE DVLCEDINE.

48.

In aërea, quædam in aquæ, quædam in terrea, quarum quæque ab exuperante portione appellatur. Quædam etiam dulcia è semine nascuntur, quædam simpliciter è feminario & sua materia conflantur, vt mel roscidum: Quædam valida mixtione, quædam infirma, quædam æquabili, quædam anomala & inæquali sunt contemperata: Quædam vegeta viuaque sunt, vt stirpes & animantes, quædam talia non sunt, vt mel & partes è vis uis detractæ, vt succi, fructus aridi, & quæ viua integra emoriuntur. Dulcium etiam quædam liquida sunt, vt vina: quædam concreta, vt Manna granata, Saccharum: quædam tenuia: quædam crasta, vt Castaneæ: quædam rara: quædam densa, vt succus liquoritiae: quædam humida: quædam sicca: quædam tenacia: quædam friabilia, vt Saccharum: quædam dura, vt Glyzyrrhiza sicca & xylocerata: quædam mollia: quædam horum discriminum plura, quædam pauciora habent, quædam medio modo vel in singulis istis, vel in quibusdam se habent. Quod ad effecta attinet, quædam dulcia naturæ suæ perfectionem sunt assecuta, vt vina Trebiana præstantissima: quædam non sunt assecuta, vt Trebiana deteriora: quædam, cum propria facultate delectandi certo modo & confensu, & suauiter afficiendi linguam, alias facultates habent coniunctas. Vnde quædam vim calefaciendi, vt mel: refrigerandi vt melon, papauer, lac: siccandi vt mel: humectandi vt vinum: temperandi vt Glyzyrrhiza: quædam secundis, tertijs, quartis facultatibus, vt mox dicam, pollut, *Differentiae ab effectibus*

Hæ sunt simplices in vniuersum rerum dulcium differentiae, quæ varijs modis mutuò implicantur & componuntur. Quæ compunctione è simplicibus à studiosis harum rerum est dijudicanda. In Agarico enim cum dulcedine plura concurrunt: Primùm quidem insignis amaritudo: deinde nidor ingras &c. plures coniunctio

quintò

Differentiae plures coniunctio

LIBER I.

quintò friabilis materia: postremò vis purgandi, & aliæ eiusmodi qualitates. De differentijs dulcium iam satis videmur Quantum sit in differen- egisse, in quibus quantum situm sit, cum ex ijs, quæ diximus, ijs dulcium, tum ex eo perspicuum esse puto, quod præter hæc discrimina dulce nihil in rerum natura extet. Quamobrem eos, qui de rerum dulcium viribus loquuntur, nec exprimunt, de quo dulcium discrimine sermonem habeant, turpisimè hallucinari necesse est: cùm vires non in dulcedine, sed in dulcium differentijs sint spectandæ. Quas differentias cùm nemo ante nos exquisitè distinxerit, neminem de facultatibus rerum dulcium in hodiernum usque diem rectè differuisse meritò censemus: Id quod nos tamen pro virili nostra iam aliqua ex parte conabimur præstare. Quia in re tametsi speremus, præter omnes, qui ante nos ista tractarunt, huic negocio non parum lucis nos allaturos: si tamen non omnibus in his vsq; adeò satij fecerimus, cùm & primi hæc illustrare simus aggressi, & interim grauibus negotijs impediāmur, & hæc non nisi in rem communem à me sint comparata, nec quicquam iniquo moliar animo, in spem ve- nuo, me & venia fore dignū, & iudices non iniquos habiturum.

De viribus dulcium.

CAPVT IX.

Verum antequam facultates rerum dulcium explicare aggrediar, unico atq; altero verbo, veram dulcedinis dignotionem declarare libet. Cùm enim dignatio sensus, quem infert dulcedo, propriè nihil aliud sit, quam facultas quædam propriæ dulcium rerum, Quæ-

DE DULCEDINE.

49.

rum, qui eam nouit, præcipuam facultatem nouit. Quidam igitur dulcia in vniuersum hoc tanquam certo inditio dignoscenda putant, vt gustui grata sint, & citra molestiam linguæ occurrant: qua in sententia & Montanum Præceptorem fuit ^{Mont: 2 Metaphras:} se video. Sed cùm aqua sola frigiditate grata sit, nec lingue molestia vllam inferat, & mediocris aciditas & salbedo grata absq; molestia sint, à dulcibus tamen discernantur, sola suauitas, quæ sine molestia est, certa dulcedinis significatio esse nequit. Ad- ^{Galenus i. de simp. med. fa} iecit ergo Galenus è Platonis sententia, eam esse perfectam dul- ^{cul: cap. 37.} ciuum notam, vt obliniant, repleant & complanent exasperatas & quasi erosas linguæ partes. Talia enim, cum suauitate cui- denti occurrentia, dulcia, sine ea verò pinguia, esse appellanda. At cùm Galeno & Platoni pinguia sub dulcium genere comprehendantur, communi nota designanda erant, alioqui non eiusdem speciei erunt. Si enim delectare commune dulcibus est, delectabunt & pinguia, aut dulcia non erunt: sed omittas mus hoc. Id verò magis anceps videtur: Replere enim & complanare erosas partes linguæ, vel idem est quod delectare gu- stum, vel diuersum. Si idem est, quæcunq; id prestant, tanquam remedia, linguam asperam, vt emplastica glutinosa ac pingua, (quod tamen Galenus negat) oblinendo simul delectabunt. Si verò oblinere à delectatione diuersum quiddam statuatur, ratio reddi nulla poterit, cur vna cum delectatione oblinere & complanare exasperatam linguam dulcia debeat: nec experientia ostendit id fieri. Dulcia enim afficiunt linguam, & sentiuntur, quotiescunq; admouentur: Lingua autem semper nec erosa nec exasperata est, quod tamen necessarium erit. Si enim lingua erosa non est, nulla replendi & complanandi necessitas erit. Deinde tantum abest, vt dulcia linguam erosam & aspera inungant ac repleant, vt eam pleraq; dulcia potius abstergant N & elu-

LIBER I.

& eluant. Ergo complanare & oblinire linguam nec per se, nec vna cum delectione, est officium dulcium rerum. Nec enim semper, nec omnia dulcia hoc præstant. Delectatio autem semper adest, neq; tamen qualiscunq;, sed eius modus certus, qui in lingua & dulcium rerum consensu quadam tacito consistit, nec verbis exprimi potest aut debet, cum ipso sensu satis percipiatur. Neq; igitur ad res manifestas, id est, inunctionem & complanationem linguae temere dignotio & officium dulcium, quemadmodum nec ad frigiditatem, aut calorem, aut abstersionem, est referendum. Ut enim in gignenda dulcedine, in natura cuiusc; rei latens dulcedinis seminarium inest, quod non sensu, sed euentu tantum deprehenditur: ita consensibus huius qualitatis cum lingua nostra percipiatur quidem sensu, cur autem, & qua ratione fiat, ignoratur: quemadmodum & res a lia complures, ut facultas Magnetis, Scammonij: quæ tamen non ideo penitus ignorantur, quod exactè non cognoscantur, cum aliquousq; tantum multarum rerum cognitio progrediat, nec ex ijs plura cognoscere liceat, vtcunq; nos contorqueamus. Satius ergo est id, quod certò nouimus, solùm fateri, quæ absurda & dubia in multis rebus, quæ defendi non pos-
fas ignoramus sint, asserere. Id enim satis constat, si dulcia lingua, palato, &
eas ratere fa-
tio est quam faucibus nostris admouentur, suauiter affici & moueti, siue e-
falsas indica-
re. am solam vim, quæ in ijs partibus est, siue communem facultate.
Dulcia consen- tem, quam vulgo animam vocant. Hanc autem suavitatem ne-
tu quodam oc- mo dixerit oriri ex vi aduersa & quasi discordia quadam. Su-
culto delecta- perest igitur eam è concordia, amicitia, & consensu quadam na-
rr. sci, quem rei dulcis qualitas cum facultate gustante habet. Et cum inter dissimilia amicitia nulla sit sed dissensio, hunc con-
sum facultatis gustantis & dulcedinis à similitudine quadam o-
giri necesse est, quæ similitudo erit in tota vtriusq; natura, Na-
tura au-

DE DVLCEDINE.

50.

tura autem tota constat qualitatibus & materia: sed materiam dulcium cœlestem dixit; talis itaq; spiritus sentientis facultatis ma- teria etiam est. Cum igitur similitudo & seminarium veraq; natu- ra dulcedinis genere tantum, non autem re ipsa & specie nobis nota sit, & simul sentientis facultatis & natura, ut nobis, ita Galeno quoq; ignota fuit & reconditæ naturæ (etiam si enim quis referat hæc ad certum atomorum concursum, res æquè obscura & perplexa videtur & eiusmodi, cuius nullum acceperimus sensum, quo percipiatur) sit, vt propriæ etiam & intimæ harum rerum affectiones ad nostram notitiam exquisitiori ra- tione peruenire vix possint, quæ experientia & obseruatione. Quanquam damnandi non sunt qui ipsas etiam intimas & abstrusas harum rerum rationes peruestigare conantur: Parum tamen hac in re in hodiernum usq; diem effectum præstumq; video, etiam ab ijs, qui Principes Philosophorum & habentur, & multis iam seculis habiti fuerunt. Qua de re in recētioribus Lusitanus quidem & Fernelius non præsterunt, quod pollicē tur. Cardanus attigit plurima, pauca perfecit. Fracastorius a- cumine & inuestigationis subtilitate, constantia & veritate hös quidem stuperauit omnes, id tamen in aliquot paucis solūm di- spitationibus. Quod vero ad vniuersitatem rerum attinet, in reconditis istis rationibus rerum infinita nobis desunt. Porro hæc delectatio rerum dulcium innominata à quocunq; proueni at consensu, is potest impediri certas ob causas, si vel ratione to- tius temperamenti, vel ratione sui ipsius instrumentum gustatus est viciatum. Id ergo ad sensum dulcedinis requiritur integrū & sanum. Qui enim ab exquisito dulci sapore abhorrent, ijs lin- gua vitio non caret, quo consensus naturalis cum qualitate dul- ci impeditur: quemadmodum idem consensus etiam impedi- tur, si cum dulcedine ipsa sapor quidam odiosus coniungatur.

*Abstrusas fa-
cultates pauci
expedient.*

Nij Febr.

LIBER I.

Febricitantes igitur non sunt iudices constituendi rerum dulcium: Nec cæteri, quibus vel bile, vel alio quoquis humore lingua est perfusa, vel stomachus (qui hunc sensum impedit augētue) laborat; sed qui sunt, cum toto corpore, tum lingua integræ, sani, & cum primis temperati. Nec dulcia in Agarico & alijs, quæ alienum saporem habent iunctum, sunt exploranda, sed in exquisitè dulcibus rebus. Ex his perspicuum est, absolu tam & certam summè dulcium dignotionem atq; adeò vim propriam esse, vt gustatum sani & temperati hominis ignoto quodam consensu omnium suauissimè moueant & delectent: Quo verò cæterorum discriminum quicquam à summa dulcedine vel longius abest, vel proprius accedit, eò efficacius vel imbecillus hoc delectandi officium præstat. Summè dulcia, summe, vt dixi, mediocria mediocriter, & infima languide gustum delectant. Hæc; maxime propria & peculiaris vis dulcium est & facultas, per quam tanquam effectum & actionem suam dulcedo in primis à cæteris saporibus dignoscitur & separatur. Hincq; dignotionis & propriæ facultatis dulcium eadem fuit dignatio. Cùm enim omnium rerum sint quædam vires propriae, quædam ex adjunctis attributæ, & dulcedo sit sapor, saporumq; natura propria, vt moueant linguam: nec certè dulcedinis propria vis alia erit, quam mouendi linguam, idq; eo, quo diximus modo, excitando nimirum delectationem in sani hominis gustu certa ratione consensus. Præter hanc facultatem, si qua alia vis rebus dulcibus inest, exempli causa, calefaciendi aut extenuandi, ea non proficiuntur à dulcedine, sed à calore, qui cum dulcedine iunctus est, vis calefaciendi, à partium tenuitate & eodem calore vis attenuandi: Ita ut eadem res habeat vim suauiter afficiendi linguam, quæ proficiuntur à dulcedine, & vim calefaciendi, quæ prouenit à calore, & extenuandi, quæ

Dignatio & propria facultas idem.

Præter vim dulcium alia sunt vires impro priæ.

oritur

DE DVLCEDINE.

51.

oritur à partium tenuitate: Quæ vires in eadem re insunt, & vt diuersi sunt, ita à diversis nascuntur qualitatibus, seu, vt vulgo vocant, potentij; quæ potentia nō sunt ita pueriliter & inepte confundendæ, vt hoc alicui tributas, quod alteri debeatur, nempe dulcedini vim calefaciendi aut abstergendi, aut alendi, aut quid uis aliud agendi, quod ab eius officio ac propriavi & natura alienissimum est: Ita vt satis mirari non possim tantorum hominū Platonis, inquam, Aristotelis, Theophrasti, Galeni, & omnium qui in hodiernum vsq; diem eos secuti sunt, negligentem hac in re, ne dicam puerilem, Philosophandi rationem, qui hæc ita commiscuerint, intricārint, & confuderint, nec aliter, quam dixi, discreuerint, definierint, explicārint. Nos itaq; ab ante dictis fundamentis breuiter repetitis exorsi facultatum distinctionem prosequamur. Ab hæc ergo nota delectatione ad eius rationem ignotam tali resolutione pertenimus, quod delectatio non à re aduersa & dissentiente fiat, sed consensu: neq; consensum fieri ob contrarias & dissimiles affectiones, sed ob amicitiam & similitudinem. Similitudinem esse in substantia, vel partibus, materia & forma, seu materia & qualitatibus, vel vtroq; id est tota substantia. Materia cœlestis est facultati, talis etiam est exquisitè dulcium: Ipsa ratiæ vtriusq; tota est ignota: Igitur & similitudo ignota. Effectus tamen & actio hæc propria, vt dixi, nota est. Sunt igitur dulcium rerum quædam propria & peculiares actiones, quatenus scilicet dulcia sunt, quædam non propria, sed ab adjunctis, qua scilicet res dulcis aliud quiddam est, quam dulcis. Hæc adjuncta vel propria sunt dulcedinis, eamq; semper comitantur, vel non propria. Adjuncta propria sunt, quæ dulcedinem necessario comitantur, eamq; summam, & iuant dulcedinem, vt ea quæ materiam & causam efficientem sequuntur: materiam quidem cœlestem, æquabilem, liquidam,

N ij tenu-

LIBER I.

*Vix distinctio
nus iam date.*

Tenuem, mixtione æquabili temperatam; Efficientem verò, temperatum calorem cœlestem validè attingentem, satis diu agenter nec impeditum. Non propriæ adiuncta sunt, quæ impedimenta potius sequi solent, adhucq; rebus non summè dulcibus. Sic de cæteris facile iudicari potest. Incommoda autem grauissima sequuntur, nisi hæc distinguantur. Si enim, ut veteres scribunt, dulcia calefaciunt & extenuant, & proprium id dulcium est. Quæcunq; dulcia sunt, ab imperitis adhiberi possunt, vt extenuent & calefiant, cum dulcia non pauca insipient & sæpè refrigerent. Dulcedo enim quæ summa non est, in omnem materiam cadit, & diuersis qualitatibus iungitur. Quæ qualitates diuersas habent facultates, à quibus actiones etiam diuersæ prodeunt, quæ non vni qualitati attribuendæ sunt ab ijs, qui Philosophiam docent, sed discernendæ. Ab imperitis enim, quorum causa tantum hæc docentur, distingui nequeunt. Quanquam certè veteres etiam Philosophi mentis acie non vindentur ad exquisitiorem hanc distinctionem vñquam penetrasse. A nemine enim vñquam video explicatam propriam dulcedinis facultatem, sed ab omnibus silentio inuolutam & penitus omissem. Facultates enim dulcedinis, de quibus ipsi differunt non ipsius sunt dulcedinis propria, sed potius adiunctorum ad vnum omnes, & quidem eorum magna ex parte, quæ propria adiuncta nominauimus, & quæ dulcedinis sunt tanquam causæ adiuuantes: quanquam æquè præter rem id fecerint, ac si adiunctorum alienorum & dulcedini aduersorum proprias vires ipsi dulcedini tribuissent: Cùm ipsius dulcedinis propria & na-
que delecta-
tionem dulci-
um sequuntur
non ipsis dul-
cibus adscri-
penda.

puta recreatio, vel nutritio, vel quiduis præterea, id non præcipue dulcedini est acceptum referendum, sed alijs causis, quas deinceps

DE DVLCEDINE.

§ 2.

deinceps exponam: quemadmodum & eas vires, quæ adiuncta dulcedinis consequuntur, ipsi dulcedini nequaquam diximus esse tribuendas. Cùm ergo propriam functionem & vim dulcedinis inuenerim indicarimq; præter quam nulla alia est, videri poteram de facultate dulcium satis dixisse: Tamen cum & veteres pleriq; omnes rebus dulcibus plures diuersasq; ascripserint facultates, quas ipsorum opinione dulcedinis ratione possideant: pleniq; harum opinionum sint libri, & scho lastici perplexi & confusi sermones, hæc res nos cogit de facultatibus ijs, quæ ab adiunctis, præfertim proprijs, rerum dulcium proficiscuntur, ordine & via tractare. quanquam hæ facultates, vt dixi, tantum dulcibus attribuuntur & alio loco forent explicandæ: tamen eam etiam ob causam non sunt hoc loco omittendæ, quod dulcedo earum tanquam nota & indicium sit, maximè si à proprijs dulcedinis adiunctis oriuntur: Cùm præcipuè vniuersa hæc disputatio de saporibus nullam aliam ob causam sit instituta, quam vt per eos ceu iudices quosdam in facultatum noticiam perueniamus. Si igitur cæteri scriptores vlla methodo aut ordine in hac re versati essent, gratias ijs haberemus, qui hoc labore nos subleuassent: Aut si dulcia non calefacere, non nutritre dixissent: sed dulcedinem in rebus detegere, & indicare nobis vim calefaciendi & vim alendi, atq; alias facultates, quarum non paucas ipsi penè necessariò præterierunt, propterea quod dulcium discrimina ignorarent, pro quorum varietate variae dulcium rerum vires emergunt. Cùm autem vires, de quibus iam agimus, ab adiunctis nascantur, quæ eadem differentias dulcedinis pariunt diuersas, de harum etiam viribus ex ordine differemus.

Attributa dul-
cedinem indi-
cant.

N. iiiij. De

LIBER I.

De Facultatibus attributis seu impro priis summè dulcium rerum.

CAPVT X.



*Animus et
vis gubernans
corpus in no-
bis, res cœle-
stis.*

*Trium faculta-
rum commune
instrumentum
calor.*

Vm ergo dixerimus ab adiunctis na-
sci (quas impro prias appellauimus) rerum
dulciū facultates, & res dulcissimæ, nobilissi-
mas qualitates habeant adiunctas, ab ijs citra
controversiam præstantissimæ etiam vires ex-
manabunt. In primis enim, cum ostenderi-
mus antea extremp; dulcedinis cœlestem originem esse, facul-
tatem etiam cœlestem & propè diuinam obtinebunt: & cum
similia consimilibus adiuentur, in primis ista præstantiorem
& diuiniorem nostræ naturæ partem iuuabunt. In nobis au-
tem animi præcipua dignitas est, & summa facultatum eius præ-
stantia, quæ spectantur maximè in mentis agitatione: deinde in
vigore illo vitali: postremò in naturali alendi, crescendi, procre-
andiq; efficacia. Quibus functionibus singulis singulare & æ-
que præstans instrumentum accommodatur & inseruit, calor ni-
mirum nativus, seu vis nobilior cœlestis, in tenui & puro quo-
dam spiritu consistens. Ea igitur quæ similitudine & cognatione
quadam hunc spiritum seu calorem fouent augmentq;: hac
ratione omnes facultates actionesq; quibus hic calor præfici-
tur, iuuare dicuntur, siue hic calor ipse præcipua vis sit, siue in
ea vi consistat. Dixi autem omnes huius caloris actiones æque
iuuari: Quæ actiones tametsi in tribus facultatibus positæ sunt,
tamen eodem nativo calore ex vnico fonte emanante, veluti
quodam præcipuo & communi instrumento, diuersis tamen &
priua-

DE DVLCEDINE.

53.

priuatis functionibus accommodato, gubernantur & perfici-
vntur. Et quanquam in certis partibus in quas hic calor influ-
it, dum ijs se accommodat aliquid mutationis subeat, & cum in
sito partis calore se coniungat: tamen quæ in vniuersum eum
iuvant, communi hac ratione calorem etiam singularum parti-
um fouere dicuntur: et si non desunt, quæ peculiari ratione,
certarum partium, calorem, vim, & naturam roborent: vt quæ
capitis aut ventriculi facultatem confirmant, atq; ita etiam cæ-
teras partes priuatas. Quod vt in viribus singulorum medica-
mentorum est obseruandum, ita in explicandis dulcium facul-
titibus minimè est prætereundum.

Dulcissima igitur vniuersa, partim communī ratione no-
strōs spiritus, caloremq; insitum, adeoque vim illam nostrum
corpus gubernantem iuuant: partim in certis corporis parti-
bus, eandem vim iam propriam redditam, peculiari ratione con-
firmant. Et, si id in nobili & præcipua parte præsent, cum pri-
oribus, quæ vim communem iuuant, incident. Sunt enim tres
illæ facultates præcipuae adeo colligate & coniunctæ, vt, vnicā
earum insigniter vel lāsa, vel adiuta, cæteræ id sentiant. Sunt
ergo quæ primas, quæ secundas, tertias, & quartas facultates,
cum dulcedine habeant coniunctas: Et quartæ quidem sunt fa-
cultates, quæ nascuntur à similitudine, vel discrimine substantiæ
dulcium cum nostra substantia: Quales etiam sunt, quæ de-
lectationem dulcium sequuntur. Sic cæteras quoq; adiunctas
qualitates, vbiq; suę comitantur vires, similesq; actiones eius-
dem ordinis, in quo qualitates ille consistunt: Que iam omnia
in differentijs dulcium, singulatim sunt explicanda. Summè
ergo dulcium tres sunt ordines, summus, medius, infimus.
Quemadmodum ergo vis propria dulcium, juxta hęc discrimi-
na maioris & minoris, fuit definita: Ita vires adiunctionū sunt

O definien-

LIBER I.

Supremus ordo dulcissimo rum facultati animali: alter vitalis: tertius naturali aptior ut pluri **definiendæ.** Adiuncta enim dulcissimorum, validissimas præstant facultates; Mediocrium autem & infimorum adiuncta pro modo vtriusuis vires ostendunt in summo fastigio medius ocres, & infra mediocritatem. Cū ergo supremus ordo summae dulcedinis maximè cælestem habeat naturam, consentaneum est, ea, quæ ad hunc ordinem descendunt, supremæ & nobilissimæ in nobis facultati, quam animalem vocant, cum primis vtilia & amica esse: Quæ verò sub secundo sunt ordine, accommodatoria esse robori vitali: Quæ autem sub ordine denique tertio continentur, ea aptiora esse viribus, quas vocant naturales, quanquam id, vt plurimum tantum, nequaquam autem perpetuo, ita contingere necesse sit. Sæpè enim quæ sub primo ordine ac summo comprehenduntur, & quæ naturalem facultatem, atque animalem iuuant. Atq; idem de cæteris ordinibus accidere solet. Et hæc quidem in genere de viribus rerum dulcissimarū fuerunt dicenda. Nunc singulatim à præcipuis adiunctis, ortæ vires sunt exponendæ: & primum quidem, quæ communem nostri corporis facultatē: deinde quæ singulas iuuant. Exordiar igitur à viribus, quæ nascuntur ab insignioribus adiunctis, modò adiunctū dici possit præcipua pars, adeoque tota rei substantia, à qua natas vires supra dixi ordine vocari quartas. Tota ergo dulcissimarum rerum substantia, seu natura cælestis, vt propositum est, & ætherea existit. Cū verò eiusdem etiam naturæ sit spiritus ac calor nativus, omnia in nobis administrans & gubernans, cum rebus suauissimis & dulcissimis foueri, conseruari, augeri, oportet: Calore autem aucto & confirmato, animi & corporis vires omnes, adeoque vitam ipsam simul roborari, conseruari, produciique necesse est. Quod enim calorem augeant, ex eo certum est, quod simile quiddam consimili iunctum id augeat, augendo verò conser-

uat &

DE DVLCEDINE.

54.

uat & fouet. Perspicuum ergo est, dulcissimis omnes nostras facultates augeri. Atque hæc quidem vis communis summè dulcium in singulis etiam nostri corporis facultatibus ostendi potest. De animali ergo in primis id planum faciemus. Cū enim ea potissimum in mentis ac ingenij solertia & acumine vis geat: deinde etiam in sensuum functionibus, & corporis dimitione spectetur, si singula hæc excellenti & suauissima dulcedine iuuari demonstrauero, nostra sententia dubia non erit. Est ergo communi iam dicto principio id comprobandum primum, deinde vsu & experimentis. Cū itaq; mentis facultatibus tenuissimus ac purissimus omnium spiritus sit destinatus, & tali etiā natura prædicta esse, quibus summa insit dulcedo, antè monstratum sit, haud dubie facultas animalis à summè dulcibus plurimum poterit iuuari. Omnia enim quæ in nobis sunt, suum opus habent conseruatione: conseruatio fit à re simili & cognata. Nihil autem spiritui, qui rationi inservit, similius est materia cælesti & pura. Eam ostendimus in extremè dulcibus esse. Hac ergò ratione ea facultati animali præcipue prosunt. Iam res ipsa in communi vita quotidie declarat, rationem ac mentis nostræ vim dulcium frequenti vsu vegetam conseruari, exacui & foueri, quod hinc constare potest, quod hi qui frequenter dulcibus epulis & suauibus vescuntur, cæteris plerisque sunt ingeniosiores & prudentiores. Hinc non solum urbani & Nobiles homines, indole plebeis præstant, sed etiam ex ipsis magnatibus quidam, qui vsui dulcium condimento rum ab ineunte aetate assueuerunt, præter cæteros animo solertes sunt ac sagaces. Quorum ego cū alios, tum verò præcipue quendam familiari multorum mensium conuictu noui, qui escas nec sale, nec aceto conditas admittit: sed copioso Saccharo, & dulcibus liquoribus vtitur in condimentis:

Animalemis facultatem dulcissimis augeri.

Experientia & stenditur dulcissimis facultatem animalem iuuari.

Q ij & mira

LIBER I.

& mira animi dexteritate & promptitudine præditus est, ita ut Christianorum Principes illius opera & consilio in summis rebus vntantur. Etsi non ignoro felicitatis ingenij plures esse causas: tamen dulcia tam huic, quam alijs facultatibus, magno sunt adiumento, ne acies mentis obtundatur, etiam si in cæteris, quæ ingenio aduersa sunt, peccent. De quibus dulcibus loquuntur.

vinum acuit ingenium. Volumen etiam id à maleuolis cœlumniatoribus impetrare, ne de crassis, vulgatis, nauseam mouentibus, immoderatis ac obstruentibus dulcibus meum sermonem accipiant: sed de puris, liquidis, tenuibusq; temperatis, ac spiritu cœlesti perfusis. Si ergo ad cœbrum mellis & sacchari vsum, etiam vinum aliquod suave, & præstantis dulcedinis puræq; naturæ accedit, longè plus adhuc animi vis exacuetur. Hincq; vulgi etiam sermone protritum est, quod vinum modicè sumptum, acuat ingenium. Quod dictum etsi plébeo sermone passim de quovis genere vini ridiculè magis, quam serio, iactetur: tamen si probè expendatur, & de eo vino pronuncietur, de quo primum est natum, verius de vino vix quicquam dici potest.

vinum etiam inebriando ex parere, sed in ipsis etiam ebrijs quibusdam, in quibus ingenij vis erat ingenii, vino paulo largiore excitatur, non autem obruitur, nisi largissime hauriatur. Id nulla alia ratione contingit, quam similitudine & coniunctione spirituum vini & ingenij, ita ut hi consequantur à vino, quod alibi Ouidius tribuit Deo, hoc carmine:

Est Deus in nobis agitante calefimus illo.

Ita ut rectè quidam luserit: Spiritu de vino, pro Spiritu diuino, fuorem Poëticum excitari. Et de Homero quidam ausus est hoc proferre;

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.

Constat certè quosdam mediocriter potos versus fundere, & multos

DE DVLCEDINE.

55.

multo, set non infelices, quos sobrij vix magnis vigilijs extorsissent. Iam ferè quo generosius vinū quæq; prouincia profert, eò homines prudentiores solertioresq; eadem alit. Grecia certè, præstantia vini nulli facile regioni cessit, atq; ideo eadem omnium doctrinarum & ingeniorum, ac vniuersæ sapientiæ parens fuit. Quam sanè ingeniorum laudem scimus veteres Græcos singulis ferè temporibus retinuisse. Nunc verò, cum Turcarum Imperio & religione, vites sunt sublatæ, vna cum ijs ingenij & doctrinæ gloria apud Græcos videtur interisse. Apud Getas & Scythas, & alias Barbaros, vbi vinum nec nascitur, nec aliunde adiectum in vsum venit, nulla ingeniorum excellentia prædicatur, vt neq; apud eos etiam, qui in eodem cum Græcis climate habitant, & sæpè in eodem parallelo, ne quis putet cœli ratione id contingere. Sunt etiam Itali ea ratione ingeniosiores Germanis, quia vina habent & dulciora, & maturiora, qualia diximus hanc vim potissimum habere, non autem acida & austera. Musta enim fæculentas & terreas partes, & aqueas, crudasq; cum aëreis dulcibus ac spumosis habent iunctas, ratione quarum inebriant, & ingenium potius obtundunt. Quæ dulces partes quamvis per feruorem, quod non ita firmiter sint mixte, consumantur: tamen cum cæteræ crassæ abeant, & pars aëreæ substantiæ adhuc post feruorem in puriori vino remaneat, ea quidem ad dulcedinem exactam non sufficit: sed tanta tamen est, quæ ingenium adhuc possit recreare: vt in nostris Franconicis & Necaricis vinis experimur. Ad ingenij ergo medicinam, requiruntur vina præstantissima, & plurimum æthereæ cœlestisq; naturæ obtinentia. Ideo Poëtæ finxerunt Deos Nectar bibere, & Ambrosia viuere, cibo potuq; omnium suauissimis: atq; ideo Deos sapiens & intelligentiaq; mortalibus longè præstare: & si quis morbi

*Musta cur non
idem præsent
cum dulciora
sint multis vi-*

*nis.
Deorum Ne-
tar & Am-
brofia.*

O iii talium

*Memoriae profunditaria.**Motrix vis dulcibus iuuatur.**Vinum agiles facit.**Vrse delectantur melle.**Dulcissima etiam vitalis vim iuuant.*

taliū degustet Nectar, in Diuorū numerū referti, & euadere immortalem. Et Chemici etiā vtuntur liquoribus ad ingenj vires conseruandas, qui liquores sunt suauissimi, dulcissimi, sinceri, tenues, & ætherei cū primis: & ipsa mens restituitur sēpē talibus liquoribus. Quia & cæteris animi facultatibus dulcia inserviunt. Inunguntur spiritales quidē liquores, & olea capiti, occipiti, temporibus, & mira ratione memoria excitatur: ita vt quidam reminiscantur omnium eorum, quæ legerunt, & singulos exacuant sensus. Porro tam mel certè quād Saccharum oculis amicum est.

Motricem autem vim dulcibus iuuari inde

constat, quod qui exquisitis & dulcibus epulis vescantur, agili-

ori sint corpore rusticis, quorum alimentum est crassum: & non expeditum motum, sed, ob crassitatem, robur Bouinum & Afini-

nūm præstat. Multò adhuc magis, si ea dulcedo insit vino,

corpus mobile redditur, & gestiens. Sunt & Visæ corpore a-

gili, ita vt gestus humanos imitantur, quia melle mirificè & dul-

cibus delectantur, ita vt euertant Aluearia & vastent, ac in ex-

cauatas arbores se demittant, vbi mellifacia subsunt: Vt apud

Sarmatas contingit, vbi Iouius festiuam historiam accidisse nar-

rat: Rusticum enim in eauam arborem eximendorum fauorum gratia se demisisse, nec inde potuisse exire, donec fortè Vr-

fus mellis gratia descenderet, cuius renes auersos compræhen-

dens, ita à territo Vrfo extractus sit. Et Aues aëreæ agiles sunt, cum dulci aère alantur. Cerui celeres sunt, & non me-

diocriter gaudent vuarum pastu, quas etiam non sine Vinearū

damno sēpē deuastare consueuerunt. Capræ ad cursum incep-

ptæ, quod amaris alantur, et Afini insipidis paleis.

Ex ijs, quæ dixi, perspicuum est, animalē facultatem dul-

cibus iuuari. Nunc eandem vim dulcissimorum, in vitali eti-

am facultate ostendam. Ratio scilicet communis eadem est,

quæ antè de animali facultate fuit exposita, similitudo scilicet

spirituum & caloris insiti nostri cum materia & spiritu dulci-

um: deinde ipsa delectatio recreat, ideoque Saccharum cor con-

fortat. Duxi antea, sub fabulo Poëtarum Nectare, Deorum

immortalium potu, & Ambrosia corundem cibo, mysterium

non vulgare latè. Ut enim, qui Nectar gustârint, Dijs sapi-

entia pares euadunt: Ita ijsdem vitæ diuturnitate, atque adeò

immortalitate similes fieri prôsiderunt: non aliud meo quidem

iudicio significantes, quād cibos potionésque, & succos suauissimos dulcissimosque augere, ob dictam similitudinem spi-

ritus nostros, atque ita homines reddere non solùm sapientes,

sed etiam vitales & longæuos. Ambrosiam enim herbam cibō additam longæuos reddere creditum est, inde cibum Deorum

Ambrosiam dixerunt, quod semper viuant. Et vitalem vim dul-

cissimis augeri & roborari, vt ratione, ita multis ex vsu rerum

experimentis demonstrari potest. In primis enim Chemici li-

quores è rebus æthereis & dulces secernunt, quibus pollicen-

tur vitam ducentorum annorum. Exemplum huius rei refe-

runt Hugonem quendam purpurati ordinis patrem, qui cen-

tesimum annum longè beneficio cuiusdam auri potabilis super-

rârit. Et non dubium est, qui rectè norit eos liquores exciperet,

ijs vim inesse mirandam. Paulus etiam pontifex ad octuage-

Ambrosia herba longæuos reddidit.

Hugo purpu-

raius pater lō

gaeus benefi-

cio auri pota-

bilis.

rainus pater lō

gaeus benefi-

cio auri pota-

bilis.

rainus pater lō

gaeus benefi-

cio auri pota-

bilis.

rainus pater lō

gaeus benefi-

cio auri pota-

bilis.

Quid?

LIBER I.

*Pollio Romu-
lus.* Quid? Nonne Pollio Romulus centesimum annum excedens,
à D. Augusto interrogatus, qua ratione tantum animi &
corporis vigorem in eam vsq; ætatem custodijset? Respondit:
Extra quidem Oleo, intus autem Mulso. Cum enim vtrumq;
& Vinum & Mel in Mulso excellentis sit dulcedinis, non mi-
rum est, si eam vim in vita conseruanda habeat. In Corsica In-
sula, quæ & generoso vino, & melle præstanti abundat, diutu-
næ vitæ homines inueniuntur. Hinc Athenæus *Cyrnæos* præ-
*Athenæus li-
bro 2. capi: 3.* cipue, populos scilicet, Corsicam inhabitantes, Macrobios seu
longevos esse ex Lyco memorat. Quod cum ipso melle, tum
rebus mellitis pro more crebrò largeque, vescantur. Quin &
Democritum Abderitanum interrogatum, quo pacto homines
vitam integra valetudine producerent, respondisse ferunt: Si
externa oleo, interna melle perungatur: aiuntq; eundē Cere-
ris sacris instantibus, Desmophorijs appellatis, rogatum à do-
mesticis, ne domum suam funestaret, solo mellis & panis calidi
suffitu & odore, donec per Græciam sacra celebrarentur, vitam
prorogasse, & ad nonum & centesimum annum produxisse.
Hinc fortè & Pythagoricorum mensam pane & melle adornas-
tam fuisse. scriptores testantur. Et sæpè in valetudinis tuendæ
præceptis veteres ieunis suadent, mel cum pane sumendum.
Et certè non credendū est, hanc vim conseruandi vitam &
calorem melli inesse, ea saltē ratione, quod pituita calori infestam
detergat, & frigori resistat; atq; ideo senibus potissimū, & natu-
ris pituitosis conueniat: sed reuera eam etiā ob causam, q; tota
sua substantia, calorem celesti sua vi soueat & conseruet, eiusq;
substantiā augeat ac confirmet. Eandem ob causam etiā pleraq;
medicamenta melle aut saccharo condita seruantur & excipiun-
tur, non solum vt à putredine & vitio vindicentur, & gratiora-
fiunt, sed salutarem aliquam vim à melle vel saccharo acquirant.

Tradunt

DE DVLCEDINE. 57.

Tradunt enim quidam, peculiari dote etiam Saccharum in nu-
mero eorum esse, quæ cor confirmet. Cum vero & audacia &
animositas cordi tribuatur, dulcia vtrumq; præstant, vt vina
generosa, & præsertim si liquor ex ijs excipiatur. Ideo Lullius
liquores parabat suaves, militibus ante prælium dandos, vt in-
flammarentur, et corde confirmato fortius pugnarent. Ideo et
ebrij audaciores sunt & animosiores, non tantum insanis & tur-
batione, sed corde confirmato à vino. Quin & lætitia & hi-
ilaritas, quæ suauia, vt cœlesti liquore perfusa vina, sequitur, cor
di propria est. Ideo vulgo dicitur; Vīnum exhilarat cor homi-
nis, sed dulcia potissimum. Neq; enim acerba austeraq; id pre-
stant. Non minus etiam à generoso melle id fieri potest ob-
vim & spiritum cœlestem in eo reliquū. Ideo Medo, dictus pos-
Medo. tus, non minus quam vinum inebriat, vt & cerevisia Hamburgē
sis, propterea quod ex tritico & hordeo & alijs frumenti gene-
ribus eliciatur dulcior ac melior succo, ac vis tenuior separetur:
Quæ spiritum nostrum roboran eum excitat, animumq; ex-
hilarat & confirmat: Ideo Saxones à tali potu non minus sunt
vitales & animosi, quam cæteri à vino & melle. Quanquam e-
nim aliarum rerum dulcium comparatione in frumento obtu-
sa & languida sit dulcedo: tamen si educatur & simul colliga-
tur, fit multa, & vires summæ dulcedinis separatione obtinet.
Sic farina & medulla, ablatis insipidis furfuribus, dulcior est
grano tritici,

Vina etiam aromaticæ & generosa quædam, cœlesti natura
prædicta, venenis aduersantur. Ideo largius vtentes sæpè euadūt
pestem: Et ipse Aucenna inquit, qui viriliter se bibendo &
comedendo gesserunt, euaserunt pestem. Et ebrij quidam, ac
qui efferunt mortuos, & mulierculæ potæ non inficiuntur; ro-
borat enim vīnum spiritus & tuetur vim vitalem. Quanquam
*vīna venenis
resistunt que
petunt cor.*

P & alia

*Saccharum
annumeratur
corrobortanti-
bus.*
*Animosos red-
dunt vīna &
desillata.*

Cerevisia

LIBER I.

& alia id præstent, tamen & dulcibus multis hæc vis adest, propter eorum adiuncta. Id euim iam nostrum est institutum, vt dulcissimorū facultates quartas, & à tota substantia prodeentes enarremus, quas habent ab adiunctis, ijsq; primo præstantissimis. Id vt in animali & in vitali ostensum est, ita iam in naturali facultate est docendum: communis vbiq; ratio id probat. Cùm enim is calor nativus, purus, liquidus (quamuis vitali paulò crassior) & cœlesti natura sit præditus, simili substantia fouebitur. At ea est in rebus dulcibus. Non itaq; est negandum, quin naturalis vis ijs corroboretur. Corroborata attractionem, assimilationē, depulsionem excrementorū, retentionem validè obicit: Igitur & ipsam nutritionem. Cùm enim nutritio sit deficentis alimenti restitutio: defectus primū sentiatur oportet, & appetitus integer præcedat, attractionē sequatur appetitionem, attractionem retentio, retentionem alteratio coctioq;: in qua cùm excrements proueniant, eorum expulsio, bonorum distributione, distributionem aspersio & appositio, appositionē agglutinatio, agglutinationē assimilatio, quæ ipsa nutritio est. Atq; hæc singula cùm à facultate & nativo calore fiant, & dulcia hunc calorem roborent, foueant, augeant: non dubium est, quin ea ratione coctionem iuuent & nutritionem. Quanquam & evidenter ratione id fiat. Nam ob iucunditatem dulcia promptè & cupidè trahuntur, grataq; retinentur, & ideo concoquuntur, nec ob materiam alterationi resistunt: postea cùm lubricum quid habeant, expulsioni profundunt: eandem ob causam, quod liquida sint & benè alterata, facile distribuuntur, præsertim attraeta, apponuntur, & ob aëream tenacitatem agglutinantur, ob similitudinem assimilantur, quæ assimilatio est ipsa nutritio. Quam vim cùm ipsa experientia comprobet & Galenus & Aristoteles, ac ali quidam antiquorum obseruasent, rationem ve-

ram

In naturali facultate dulcia quid præstent.

Nutritionem & coctionem à dulcibus iuriari.

DE DVLCEDINE.

58.

ram ignorantes, simpliciter dulcia dixerunt alere, hanc eorum facultatem nec intelligentes, nec rectè explicantes. Primum enim dulcia non per se, & propter qualitatem dulcem alunt, sed ratione adiunctorum: Deinde eo ipso etiam modo alunt, non solum, nec semper ea ratione, quod corpulenta sua materia corporis nostri partes augeant, & ijs aliquid addant: sed longè magis similitudine quadam roborantia communem vim & simul eam, quæ nutritionem procurat. Hac ratione nutritionem in primis & præcipue iuuant, non solum similitudine crassæ materiae & corpulentæ, cùm ea quæ tales habent substantiam tantum languide sint dulcia. Quamvis & hac ratione cōmodent, & ab eo etiam adiuncto alant: tamen id non solum dulcibus erat tribuendum, nec sola hac ratione, cùm magis adhuc alia ratione, quam dixi, id præstent. Sed suprà satis luperq; veterum errores de dulcium facultatibus examinaui & perfrinxī. Iam experimentis etiam id, quod ratione demonstravi, ostendam. Vinum nobile suave & generosum efficit, ne facile, qui eo vitetur moderatè, cruditate laboret, idq; iam omnibus notum est: quin & contracta cruditas vino discutitur. Et quidam præcipiunt panem cum melle sumendum ieiunis ad iuuandam coctionem: & in hybernis cruditatibus Galli Hippocraticas potionē, Itali Elysir vitæ adhibent: & in universum tam evidens & insignis in iucunda hac facultate dulcium vis est, vt veteres eam videntes putauerint nihil penitus nutrire, nisi quod dulce aut sit, aut dulcedinem participet. Sibus certè hepar & totum corpus pinguescit saginatu Caricarum: vnde ficatum dictum est hepar. Et viño dulci habitiores sunt homines obesoresq;. Et in plerisq; dulcibus mediocrib⁹ & infimis etiam substantiæ membrorum simile quiddam inest,

Pij vt in

*Dulcia non
per se sed ob
adiuncta alunt.*

LIBER I.

vt in summè dulcibus spiritus & caloris insiti similitudo. Et cùm per vsum dulcium, vt antè probauī, quidam vitæ diutinatatem sint consecuti, ijs non solum vitalis, sed etiam naturalis facultas necessariò fuit auxili & adiuta. Ea enim laborante, nemo commode valet. Quin et propagandæ sobolis conatum dulcibus non parum iuuari certum est. Cùm enim ad hanc etiam facultatem eodem nativo calore validò sit opus (ideo frigidos vocant ioco quodam maleficiatos) & simul materia quasdam spumosa aërea & puriore adhuc, quæ iuxta Aristotelis sententiam Elémento Stellarum respondet, tam calorem illum, quam spumosum hoc corpus dulcia præstant. Horum enim nō pauca aëream naturam habēt, in qua viget spuma, à qua & Venerem & φρεδ. Την Græci nominarunt. Et, vt antè dixi, nihilominus habent ætheream & syderibüs materialm affinem: Ideo & ingeniosi & viuaces simul libidinosi sunt: Cùm cæteris viribus recte subsistentibus, hæc quoq; non ferietur. Est certè vim in Illyria, quod vulgo etiam prolificum vocant, Vvipachianum, quod vsu depræhensum sit, qui eo largius vtantur, eos esse et in Venerem præniores, & numerosam suscipere prolem: Eo Ferdinandum Imperatorem delestatum esse audio. Ita Mustum & vina dulcia crassissimula hanc vim & excitant, & ei materialm ministrant: idq; non propter ipsam freri dulcedinem, sed ratione adiunctorum intelligendum mihi est, etiamsi non toties repetatur: de viribus enim aliarum qualitatum à dulcedine diuersarum mē dicere cogit, partim hominum pertinax sententia: partim, vt hinc cognoscatur, non quidem quid dulcia propriè possint, sed quid indicent rem posse. Quāquam vires quædam adiunctorum dulcedinis per ea adiuncta indicentur, à quibus proficiscuntur: tamen cùm summa dulcedo manifesta sit, ac eius quædam necessaria adiuncta (quæ insignes vires habent)

Vinū Vipachianum pro-
lificum.

Ferdinandus
Imperator.

DE DVLCEDINE

59.

habent) lateant, per dulcedinem quasi notam qualitatem in notitiam proferuntur, & ipsa adiuncta, et eorum qualitates. Id tamen nobis condonabunt studiosi, si vires quasdam adiunctorum dulcedinis iam etiam recenseo, quæ non per dulcedinem, sed à proprijs adiunctis facile dignoscuntur: quia semel conceptam hanc disputationem de viribus dulcium & omnium adiunctorum complendam putoauit. Quam cùm de summæ dulcibus absoluisse videat, iam de viribus etiam mediocriter & languide dulcium agam, quas ab adiunctis possident: Quæ facultates cùm & ita præstantes non sint, atq; hæ, quas de dulcissimis exposui, & adiuncta obvia, & in alijs locis explicata, sequantur, breuius hic sunt recensendæ, ordine ipsis adiunctis eorum enumeratis:

De viribus mediocriter et languide dulcium.

CAPVT XI.



Ictum iam antea est mediocriter & vires mediocriter et languide dulcium adiuncta, partim impedimenta esse quo minus summam dulcedinem ea consequantur: partim adiumenta eius dulcedinis, quam habent. Adiunctorum igitur, quæ iuuant dulcedinem, potissimum vires sunt exponenda. Quæ vires genere sunt eadem cùm ijs, quas iam exposui de summæ dulcium adiunctis. Cùm enim languide dulcium adiuncta cæteris eadem sint cum adiunctis dulcisimorum; nisi quod ijs inferiora imbecillioraq; sint, atq; ideo

P ij rem

LIBER I.

rem minus dulcem constituant: facultates etiam, quæ ab ijs proficiuntur, exdem erunt genere, vi tamen minori ac imbecilliori. Propria ergo vis dulcissimorum erat omnium suauissimè gustum sani hominis certo consensu afficere: ita mediocriter dulcium proprium est, mediocri suauitate gustum temperati hominis delinire. Atq; ita etiam res habet de viribus, quæ ab ipsis dulcedinis adiunctis oriuntur. Hæc ergo mediocriter dulcia quoq; augent fouentq; calorem nostrum natuum: dulcissima verò illa validiusid præstant, & agentem vim magis exacuant, minus tamen materiae suppeditant. Mediocriter verò dulcia cùm plerumq; minus tenuia sint, sed crassiuscula, & corpulentam sèpè materiam dulcedini adiunctam habeant, plus materiae corpori adjiciunt quām summè dulcia: Mediocriter tamen & facultates omnes iuuant, & earum substantiam augent: Id quòd ijsdem rationibus & experimentis comprobari potest, ob prolixitatem tamen non necessarium est, cùm ex prioribus cuius facilè sit ea repeteret. Cùm verò in his materiae sèpè aërea sit (quemadmodum ætherea est in dulcissimis) & cum crassiuscula aquæ & terrea portione mixta, non raro ea lubicra sunt: ergo lubricorum vim sèpè obtinent, emolliendi, lœwigandi & abstergendi; de quibus viribus aliquando, sapibus explicatis, separatim agemus. quemadmodum si crassiuscula sint, vna cum dulcedine incrassant, vt vina crassa, multa dulcia obstruunt. Frigida cum dulcedine, refrigerant, vt Melones: Calida calefaciunt, vt mel nostrum: Humida humectat, vt dulcia vina huius fastigiij, pepones: Sicca desiccant, vt Castaneæ, & Glandes: Temperata contemperant calorem, ac similitudine fouent. Has ergo & alias eiusmodi vires mediocriter dulcia ab adiunctis habent. Languide dulcia easdem ferè obvia magis maxime tinent, sed maioris ac minoris ratione differentes. Hæc enim a-

Languide dulcia
magis maxime tinent

gentem

DE DVLCEDINE.

60.

gentem & efficacem vim nativi caloris adeò non augent fo- teriæ suppeditan-
tani, ceteræ
vim agendi
augent.
uentq; sed materiam altrici facultati vberiorem, quām priora, suppeditant. Ideo non ita subito refocillant, vt dulcissima: quemadmodum liquores igne secreti in dulcedinem redacti, & spirituosa vina & aromaticæ: Quæ facile ob similitudinem exigua mutatione indigentem spiritibus occurentia, eos fouent excitantq; atq; ideo collapsas vires eodem propè momento erigunt recreantq; Sed languide dulcia id non nisi interuallo aliquo temporis præstant: quemadmodum ouum, iuscum carnis, caro gallinæ, perdicis, panis, & alia eiusmodi: Quæ ipso deo non confessim reparant vires, quòd minus liquida vapofofaq; paulò longiori mutatione opus habeant, quām priora, & horum quædam longissima, vt Sulla ac Bubula caro: Deinde quòd pauciori spiritu sint prædita, quām vt ipsam naturam corporisq; spirituū augeant. Si artificio quodam igneo, spiritus ab illorum materia crassiori secernantur, vel expressione tenuis li- quor à crasso corpore separetur, plus virium nostræ caloris adi- cident. Hinc contusum carnium, & Caponum destillatio non adeò vana est. Nec etiam vanum est, quòd iubeant lac asinimum, caprinum, muliebre tepidum è mammis fugi, vt vna vis quædam ipsis caloris auctrix, non tantum materia instaurans, hauriatur. Et crudæ recensq; macratae carnes, si à nobis comedentur, aut euinci ac percoqui possent, non solùm materiam nostram corpulentam, sed etiam ipsam caloris substantiam auge- rent. Ideo feras quasdam nouimus recens ingulatarum animatiū carnes adhuc tepetes appetere ac deuorare, & sanguinem ca- lēte è laniato thorace exforbere. At languide dulcia, si hac ratio ne sumantur vel fecernantur, alium dulcedinis gradum acqui- rūt, Horum & glutinosa quædam sunt, & cù dulcedine obtusa, alias atq; alias qualitates habet, è quibus vires diuersæ nascuntur:

P iiiij de

LIBER I.

de quibus cùm non cognatae sint dulcedini, opportunius alijs singularim erit dicendum.

*Aliarum differ-
rentiarum vi-
res.*

Nunc de viribus dulcium in tria fastigia disretrorum, tam proprijs quam ijs, quæ ab eorum adiunctis sunt, satis me dixisse puto: Supersunt verò & aliæ dulcium differentiae, de quarum viribus, etiam nunc erit dicendum. Primum igitur simplex dulcedo, si ea summa est, ea vires maximè habet, quas dixi de summa dulcedine: Si mediocris & languida, ibidem expositas facultates obtinebit mediocres & languidas: Si verò cum alijs saporibus dulcedo iungatur, eas vires, præter proprias, habebit, quas ijdem sapores indicabūt: Ut cùm dulcedo in optimo melle cum acrimonia sit coniuncta, vel etiam in quibusdam vini generibus & Cinnamomo vulgato, sit, ut ea simul suauiter linguam afficiant, & simul mordicent sua propria vi, vt tales sapores sunt iuncti. Quæ affectio, nisi acrimonia modum excedat, gratissima est gustantibus: *Quod yernacula sua lingua Germani vocant: Ein Schneidle mit der Süssse.* Neq: ergo propria vis est dulcedinis iuncte cum acrimonia lenire, abstergere, & penetrare, vt Montanus docet. Has enim facultates nec dulcibus, nec acribus, qua talia sunt, proprias esse certum est, cùm non ab his saporibus, sed ab eorum adiunctis proficiantur. Neq: hæ tantum sunt, quas Montanus numerat, sed plures & pauciores esse possent pro adiectorum varietate. Nec enim omnia dulcia leniunt & abstergunt, vt vulgatum Cinnamomū, Glandes, & vina quædam: quia lenitio lenientibus, & abstergio abstergentibus, propria est, quæ non necessario dulcia sunt: Ita nec acria omnia penetrant, cùm sèpè in crassa materia acrimonia fundetur. Ita in compositione cæterorum saporum cum dulcedine, primum spectari debet propria vtriusq; facultas, id est, dulcedinis & alterius saporis, iuxta vtriusq; fas-

stigium,

DE DVLCEDINE.

61.

stigium, id est, maioris & minoris rationem: deinde facultates impropriae, quæ pendent ab vtriusq; adiunctis: quæ facultates totidem erunt, quot vtriusq; saporis adiuncta, vel quot eius rei partes fuerint, qualitatesq; diuersæ, à quibus actiones orientantur. In Montano hoc etiam mirum est, quod dulcem saporē componat cum insipiditate, quæ sapor non est, sed priuationem saporum. Vbi ergo in re insipiditas est, dulcedo locum non habet, nec alijs sapor, quia is nomen imponet, & priuationem tolleret. Si enim dulce aliquid est, definit esse insipidum: quemadmodum quod album est, non sine colore est. Generale est in compositis saporibus, primò propria vis saporum, siue duo tantum, siue plures sint: secundò adiectorum: quæ facultates tot erunt, quot fuerunt ipsa adiuncta. Dulcedinis verò coniunctionem cum singulis saporibus explicare hoc loco opportunū non est, cùm sola dulcedo nobis iam cognita sit, cæteri autem sapores nondum declarati: Qui vt deinceps exponentur, ita singulorum cum cæteris explicatis compositionem tradam, sotiusq; coniunctionis vires, tam proprias quam communes ostendam. Cæterum in complicationibus saporum de virium robore & imbecillitate, ita est statuendum, quod vires, quantum eadem sint, quæ simplici satori tribuuntur, tamen frangantur & obtundantur, maximè si alter alterutrum duorum saporum valde vincat, longeq; adhuc magis, si ijdem sint viribus aut qualitate contrarij, quam si sint dispares solùm, aut aliqua parte etiam cognati. Amarum ergo & dulce, excellenti vtriaq; qualitate, simul in eadem re locū habere non possunt. Mutuò enim se perimunt, atterunt, obtundunt, sibiq; inuicem aduersantur. Dulcitudo verò & acrimonia facilius sociātur, quamquam insignior acrimonia mordacitate sua, vt in Cæpis, dulces dinem obruat, & minus gratam reddat. Si verò contraria dulce-

do exupe-

*Dulcedinem
cum insipidi-
tate non recte
iungi.*

do exuperat, acrimonia autem infirmior sit, tantum abest, ut ea acrimonia dulcedini ob sit, ut eam etiam penetratio ne quadam immergat gustatus instrumentis, & ut dixi, valde iuuet ac commendet. Cæteræ dulcium differentiæ, quæ ab alijs adiunctis nascuntur, ut à materia efficienteque, suas etiam habent vires, sed, ut dixi, suis locis explicandas, cùm ad ipsam dulcedinem parum faciant. Ita ergo ipsius dulcedinis, & eius differentiarum & adiunctiorum vires sunt explicatae, meliori, nisi fallor, methodo & via, quam hactenus à quo quam videtur factum. Quod experietur, qui hæc nostra cùm omnium, qui hactenus de saporibus aliquid prodiderunt, scriptis non grauabitur conferre.

Quæ contrarietas saporum.

CAPVT XII.

 Ed cum paulò ante *παντοτικως*, seu contrarietas saporū fecerim mentionem, de qua quid sit statuendum dicam, si prius dixerim, quid alij de hac re senserint. Explicatio hæc quasi quædam Parasceue ad sequentium saporum expositionem erit. Montanus ergo dulcem saporem existimat esse medium ac temperatum, & conuenire nostræ naturæ. Aristoteles vero dulcē saporem non medium statuit, sed amaro contrarium, & extremū. Et ex his duobus cæteros omnes sапores componi, quemadmodum ex nigro alboq; colores, censet. Galenus acerbū & acrem exactè oppositos, omnibusq; modis contrarios sапores esse indicat. Montano in primis videtur aduersari Aristoteles, qui dulcem saporem non medium, sed alterum extremorum statuit: Dein

it: Dein excessus est in afficiendo gustu, non medium, insigniter enim afficit: Tertiò qualitatibus non semper medius est & temperatus hic sapor, quia & frigus, vt Mustum, Castaneæ, Melones, aliquando habet coniunctum: & caliditatem, vt mel, dulcia vina, & Cinnamomum: Quartò medium non dicitur nisi ratione duorum extremorum, hic autem non facile ea extrema statui possunt, inter quæ dulcedo sit medium. Galeni sententia æquæ improbanda est, qui acrem & acerbū saporem contrarios esse statuit. Si enim contraria sunt, quæ in eodem genere maximè distant, & opponuntur, hæc duo contraria non errunt, neq; enim maximè id est, nō omnibus simul qualitatibus opponuntur, quia vtrumq; siccū est, tam acre quam acerbū, quamvis à diuersis causis eadem siccitas proficiscatur: Sed opposita hæc non maximè distant, quia calidū & siccum hoc est, illud frigidū & siccum. Magis ergo distat calidum siccum, ut acre, à frido humidoq;, ut acidum. Sed cùm & hæc conueniant in mordacitate, non vera contrarietas est, quanquam hæc sit oppositio, quam Galenica, quæ nec in primis qualitatibus sibi vndiq; contraria est. Acidum namq; parum, vt Oxalis & succus acidorum aratiorum: & acrè, primis qualitatibus exactè sibi mutuò opponuntur, quanquam mordendo conueniant, & erat Galeno in oppositione saporum potius primarum qualitatum, tanquam præcipuarum, habenda ratio, quam secundarum & viriū: quia secundæ qualitates tanquam adiuncta, non propriæ semper sunt saporum, quanquam ne primæ etiam perpetuæ sint, tamen magna ex parte sапores consequuntur eas potius, quam secundas. Deinde & in secundis qualitatibus, tertij & quartis oppositio quoque inuenitur, minus tamen præcipua. Et cùm ab his facultatibus vires proficiscantur, oppositiones à viribus ferè conuenient cum ijs, quæ sunt à qualitatibus,

Q uæ præfertim

præsertim virium earum, quæ sunt ab adjunctis & impropriæ. Posthac verò oppositio virium propriarum præcipue consideranda est: ea enim veram saporum oppositionem parit. Cùm enim propria vis & actio saporis cuiusque præcipua, naturam & substantiam menti & cognitioni nostræ, per sensum eius actiois subiicit, ea actio ipsum perficit saporem: contraria ergo alterius saporis actio, ipsum contrarium efficit saporem: quæ contrarietas maximè propria est, cùm & vis ipsa propria sit, & à rei ipsius natura sumpta. His ita constitutis perspicuum est, Galenum non secutum esse veram rationem opponendi sapores, cùm tantum spectaret secundas qualitates, & vires impropriæ ab adjunctis profectas, vt dicetur, vbi de his saporibus disputaro. Huc enim plenior eorum expositio non pertinet, sed ad sua loca. Hic enim tantum, quid dulci oppositum sit, explicandum est: alibi, quid cuiq; saporis, quem tractabimus, aduersetur.

*Aristoteles re-
ditus opposuit
sapores à pro-
prijs viribus.*

Aristoteles autem ingeniosissimus homo, rectius Galeno & Montano de oppositione statuit: eam enim ex propria essentia saporum constituit. Ut enim propria actio dulcium est, gustū sani & temperati hominis omniū suauissimè consenuit quodam afficeret. Ita amari, vt dicetur, omnium insuauissimè dissensu quodam: quæ duo vt maximè sibi mutuò aduersantur, & naturam tamen propriam horum saporum constituunt: ita maximè contrarios sapores producunt. Non igitur improbanda Aristotelis sententia, qui hos duos sapores contrarios esse tradit. Nec Galeni sententia planè damnari potest, cùm acerbum & acre aliquot qualitatibus sint opposita, non autem proprijs facultatibus. Maximè verò infirma doctrina est inde, quod acris sapor, qua mordicat, sapor non est, nisi aliam qualitatē afferat gustui nostro, vt post docebo. Quin & Montani sen-

tentia to-

tētia tolerari potest, si medijs saporis significationem cōmodē interpretetur, scilicet pro eo sapore, qui in rebus insit magna ex parte nostræ naturæ similibus & temperatis, vt summè & sinceriter dulcia, & quædam languide dulcia. Quamuis ex utroque genere quædam sunt, quæ nō sunt temperata. Et quamvis nec temperatura hominis, nec vlla alia res exquisitè possit esse temperata, atque ita neque sapor: tamē latitudine quadam id fieri verisimile est. Nec Aristoteli adeò aduersatur Montanus, cùm diuersa ratione aliquid & mediū, & extremum esse possit. Ac dulcedo non excessus est, sed saporū omnium perfectio, & quasi scopus, ad quem natura in gignendis saporibus videtur contendere: & quod idem non laedat solus. Nec media necessariò ad duo extrema referri semper necesse est: Vt scopus vel punctum in rotunda tabula, & axis rotē media sunt, non ita ad duo extrema relata, vt auaritiæ & prodigalitatis medium est liberalitas, sed ad totum ambitum. Et quod dixi qualitates sāpē alias adesse, id verum est: nec semper temperata dulcia sunt, sed tamē magna ex parte. Atque ita horum trium sententia ad nostram distinctionem potest referri. Et quamvis singulorum sententia possit excusari, singuli tamen negligenter egerunt, quod non communem oppositionis rationem constituerint in saporibus, atque ideo existimārint eam tantum, quam ipsorum quisque adduxerunt, saporum esse oppositionem, cū pluribus modis possint opponi, quam ipsi statuerunt: nempe primis, secundis, tertijs, quartisque qualitatibus: quarū vires sunt rebus sapore præditis, vel propriæ, vel impropriæ, quæ sunt ab adjunctis. Vnde plures saporum oppositiones, qualitate non solum, sed quantitate & materia conflari possunt, è quibus quæ proueniant à proprijs viribus, sunt præcipuæ habendæ. Hæc si distinxissent, Galenus, Montanus, & alij, non

Q iij dissentire

dissentire visi fuissent, nec ita angustas saporum oppositiones statuissent. Facilè etiam cæteri obseruassent, Aristotelem quidem ratione gustus & propriæ facultatis oppositionē saporum definisse, Galenum autem ratione secundarū qualitatum, quia tactus, non gustus, sunt contraria, neutrum vero primis qualitatibus. Et Montanum tribuisse dulcibus in genere, & omnibus dulcibus quod speciei tantum debetur, quia tantū quædam solummodo dulcia media & temperata sunt, & naturæ nostræ similiæ alia multa calida, quædam etiam frigida, quædā crassa, quædam densa, & alijs atq; alijs qualitatibus notis prædicta, quibus à mediocritate & nostræ naturæ similitudine desciscunt.

De mutatione dulcium in alios sapore.

CAPVT XIII.

DE ortu igitur dulcitudinis ac eius generibus, facultatibus, ac sapore contrario satis haec tenus disputatū esse arbitror. Nunc de alijs affectionibus dulcedinis, & in primis de eius interitu & permutatione aliquid dicendum est. Cùm ergo dulcedo nativo calore in materia idonea, præsertim tenui æthereamq; è suo seminario educatur, permisceatur, ac adiuuantibus cæteris causis ab impedimentis separetur, atq; ita perficiatur, eandem diuersa ratione immutari ac interimi necesse est: nimis calore non temperante, & seminariū separante, sed dissoluente ac dissipante tam seminariū quædā liquidā eius æthereamq; materiam, ceteris qualitatibus quidē dulcedinisq; adiumentis sublati, & aliorum saporū, qui vel ipsis dulcibus, vel seminario eorū adsunt, impedimentis discussis, vt ipsi oppugnata dulcedine dominentur. Cùm verò interdum, vt in melle, aثارi seminaria cum dulcedine

cedine sunt iuncta (quod etiam sua sponte aliquando amarū est) facile fit, vt ea dulcia in amara vertantur, facilius dulcium adiumentis resolutis, quædā amari, cū his terrea magna ex parte fædes sit, materiaq; quæ tardius, quædā dulcium materia, dissoluitur. Et ubi dulcedo est dissoluta, amaritudo in apertum producitur, neq; tamen è dulcedine nascitur, sed è suis seminarijs ac ipso igne tale quiddam infigente & producente. Cùm verò cæterorū saporū seminaria, raro cum dulcedine iungantur, rarius dulcedo in alios transit sapore, quædā amaros. Ex hac re facilissimum est rationem reddere, cur mel, vel tempore, proprio calore, vel alieno per coctionem vertatur in amarum.

Neque enim Galeni ratio, qui hæc attingit, idonea videtur, qui tantum causam efficientē, calorem scilicet id agere inquit, & eius robur. Non autem explicat cur id dulci accidat, & cur in amarū potius in melle, quædā alium sapore mutetur: Conatur tamen rationem eam reddere, quod mel sit in extremo dulcedinis, & non ultra progreedi possit, & cùm patiatur à calore mutationem, necesse esse vt in sequentem qualitatē commute tur. Quam necessitatem ego non video. Agit enim hic de dulci sapore in amarum transeunte: Sed necesse non est, vt in amarū transeat, quia & in acrem, vt ipse fatetur, transire potest ingenti calore. In acidum etiam transire videmus, vt in lacte & vino dulci, & aqua mulsa, constat: Sed quibus id rationibus contingat, non minus omisit, quædā quibus rationibus in amarum vertatur. Ad insipiditatem etiam transit sapor dulcis. Galeni autem, quod in acre vertatur dulce, ratio est, quod, ubi in amarum versum est, acriori adhuc calore peruratur: Mel verò nunquam in acidum verti tradit, quod certè falsum in aqua mulsa est, quia optimū acetum ex ea nascitur, non ratione a quæ sed mellis.

Quod

LIBER I.

Quod verò alia dulcia, ut lac, in aciditatem vertantur, ratio illi est, quod in lacte calor magis à frigore vincatur, quam vincat frigus. Acidum enim Galenus statuit à calore quidem gigni, sed debili, & tali, qui non possit perficere rem, cuius coctionem cœpit, ut & acidæ eructationes, quæ à debili calore prouenant, in ventriculo. Atque ita Galenus solis qualitatibus manifestis tribuit saporum & generationem, & mutuam transmutationē. At rem non ita se habere, ex nostris principijs antè positis constat, cum manifestæ qualitates tantum iuuent saporum generationem. In his igitur qualitatibus, tanquam adiuuantibus causis, & simul in ipsis seminarijs tota saporum constitutio & immutatio consistit. Ex his igitur, scilicet efficiente & materia, ac iuuantibus qualitatibus, omnium eorum, quæ ad sapores pertinent, ratio reddi potest.

Cur dulce in amarum transmutatur? Quod ergo dulcedini in melle succedit amaritudo, ratio est, quod subiectum æthereum, in quo dulcedo hæret, consummatur vna cum ipsa dulcedine, & ita in apertum proferantur amaritudinis seminaria latentia, ac in materia durabilius, terrea scilicet, hærentia: & non solum proferantur, sed ab igitne augeantur, non tamen de integro gignantur. Quod autem tandem ea materia acris fiat, id ab infixo Empyreumate fit, si ignis diutius in mel agat, & terreis eius partib^{us} caloris modicatem ingignat inferatq;: hac tamen ratione non saporem sed qualitatem mordacem acquirit, quæ ipso Galeno teste, non linguam propriè, sed tactum afficit. Quod verò in acidum dulce vertatur, non est ea ratio, quod calidum à frigore vincatur, cum id in multis rebus sit eodem gradu, quæ tamen acidæ non sunt, ut dicam de acido sapore: sed quod discussio & resolutio, vel etiam per calorem separato aëreo subiecto dulcedinis, ipsa dul-

LIBER I. 61.
DE DVLCEDINE:

ipsa dulcedo euaneat: seminaria autem acidi saporis in parte aquæ inhærentia, & antè ab aërea parte dulciq; sapore impedita, in apertum & superatū locum proferantur. Ideo butyro extracto lac acescit: & solum serū tandem acescit, euanescente ex eo parte aërea. Quinetiam videmus generosa & calida vina primùm decocta & reposita, in præstantissimum acetum conuerti, nō sanè frigoris dominantis beneficio, sed partium dulciū dissolutione, & acidiseminarij productione, liberatione, ac separazione. In quibus autem sola dulcedo est, ea per dulcedinē amissam & consumptam insipida euadunt, cum nullius saporis seminaria præter dulcedinem in se habeant. Ex his constat transmutationem saporum tantum in ijs esse, in quibus sit partium anomalia & compositio diuersa, qualis experientia videtur in lacte, nec ratione qualitatum manifestarum tantum sapores ori ri & transmutari, sed ratione efficientis causæ materiæq; & adiuuantum qualitatum: Nullum quoq; saporem mutari in aliū, nisi eius initia & seminaria habeat. Quapropter non sat Galen. 2. de tis intelligo, qua fronte Galenus Erasistratum reprehendat ac nat: fac. capi- irrideat, quasi inepte ac prorsus importunè dubitarit, vtrum humores in corpore nascantur, an verò in alimentis contineantur, cum illius sententia multò propius ad veritatem accedat quam Galeni, qui nec arduum nec difficile esse putat ostende- In melle non re, quod in melle non sit copia bilis, sed mel in corpore mutatum in bilem verti. Cuius rei has quidem rationes adducit: Si probet Gale- niuersis hominibus eandem copiam bilis gigneret: Rem autem non ita se habere: In iunioribus enim & calidis in plurimam bilem, senibus in sanguinem & alimentum conuerti. Qua in re nescio cur exagitetur Erasistratus, cuius sententia certissima est. Vtrumq; enim statuit, & in alimentis contineri

R. bilem

LIBER I.

bilem, & in corpore nasci posse. A quo nec Galenus in alijs locis dissentit, & in eodem capite statim subiicit, quædam alimenta biliosa esse, quædam pituitosa; nihilominus tamen facile ostendi, inquit, quod in melle non sit multa bilis: cum nec Erasistratus quidem id affirmaret, bilem scilicet iam integrum & multam in melle esse, sed principia tantum, è quibus nasci possit. Quæ principia pro ratione efficientis causæ perficiuntur, nec opus est ut eandem copiam ideo gignat Mel in omnibus naturis, quod habeat principia in se bilis, quia non eidem efficienti causæ semper occurrit. Nec etiam necessarium est, si mel amarum non est, quod ideo bile careat, cum potentia eam habere possit & habeat, & adeo propinqua potentia, ut Mel etiam sèpè actu sit amarum. Neq; ergo simpliciter dicendum est, in alimentis non inesse humores, sed tantum in corpore nasci, cum neq; in alimentis insint simpliciter, neq; in corpore nascantur, sed potentia quidem inhærent alimentis, non actu: In corpore verò nascantur, non simpliciter commutata alimentorum natura in naturam humorum, sed pro subiecti ratione & efficientis causæ, id est, caloris modo. Qui calor non de integro humores gignit, sed eorum potentiam in alimentis in actum dicit, & materiam alijs qualitatibus aliaq; forma vestit, cuius initia in materia inerant, atque si non sufficiunt, non prodijset ea forma: Ideo ex ligno & palea nobis non nascitur sanguis, quia ea non habent nostri sanguinis in se primordia apta. Neq; ex febre animantium bonus in nobis & dulcis sanguis, nec alijs sapor dulcis procreatur, cum nulla dulcedinis primordia adsint. Interea tamen non probo Erasistratum, quod putarit non esse quærendum, an in alimentis sint, vel in corpore nascantur humores: quandoquidem hæc disputatio non planè est ociosa & superuacua.

Ita

DE DVLCEDINE.

66.

Ita hue usq; satis prolixè de dulci sapore disputatum est, idq; propterq; vt diligentia, quæ in expoliendis Medicinæ & Philosophiæ dogmatis obseruanda est, animaduerteretur: Deinde ut errores emendarentur, & modus intelligendi ceteros sapores hinc disceretur, cumq; Princeps hic sapor sit, fundamenta ceterorum saporum iaceantur.

* *

FINIS LIBRI PRIMI.

Rij De

DE SAPORE A-

MARO LIBER II.

CAPVT I.

DE amaro sapore via & ratione dicaturus, primum appellationem declarabo: Deinde rem ipsam agressus, eius mixtionem ac originem, causasq; & ipsam naturam inuestigabo: Posthac inuentam naturam in species ac discrimina diducam: Postremo facultates enumerabo, quas & ipsa habet amaritudo, & eius differentiae, & etiam adiuncta, quas etiam amaritudo tanquam notam quædam indicat. Quia in re non tanta prolixitate rem tractabo atq; de sapore dulci egi: Sed de quaq; re primum aliorum propositam sententiam breuiter examinabo, & deinde quid sentendum mihi videatur, exponam. Amarum ergo Latini, & *τικεον* Græci appellant, saporem cum, qui dulci maximè aduersatur & contrarius est ea ratione, quod contrario modo gustū afficiat. Quemadmodum enim dulcedo suavitate præ cæteris maxima gustatus sensum demulcit: Ita amaritudo eundem sensum maximè ingrata & horrida qualitate mouet. Quæ quidem qualitas temperati hominis naturæ admodum aduersatur. Et hæc quidem eius propria est appellatio. Quanquam autem sapor tritus & omnibus notus est, exemplo tamen fellis, & Absinthij, & Aloës omnibus notior erit eius propria natura, quæ similem vbiq; qualitatem sola maioris & minoris ratione discrepantem in omnibus rebus amaris gustui offert. Neq; enim cuncta, quæ ingrata sunt, amari nomine censentur: neq; etiam præbus.

*Exempla ad
notionem no-
minis & idæ-
am amanti.*

tinus ab amarorum censu excluduntur, quæ certis homini busgrata videntur. Quibusdam enim etiam amara non ingra ta sunt. Vnde quidam mirifice delectantur absynthite vino. Sed de certiori distinctione, quæ ad ipsius rei naturam pertinet, postea agetur. Nunc ipsius fellis exemplo nominis significatio, cui rei propriè tribuatur, facile intelligi potest. Est autem res eiusmodi, quæ solis verbis, citra sensum & experientiam gustatus, agrè exprimi potest: Præcedente sensu tamen aliquantulum eius species animo infigitur. Quemadmodum enim perdifficile est cæco rubeum colorem, quem is nunquam viderit, sermone notum facere, & qualis sit, & quid rubrum designet, explicare: Ita nisi quis exemplo & sensu primam notio nem amaroris percipiat, nec nomen rectè assequetur, nec ad ipsius rei notitiam facile perueniet. Rei enim cognitio à nominis intelligentia sæpe incipit: & in vera nominis declaratione, fieri non potest, quin ipsius rei mentio immisceatur,

Nunc ergo, quemadmodum dictum est, dulces appellari res vel propriè vel impropiè, haud secus res de amaris habet. Pro *Propriè amar.* propriè ergo ea appellantur amara, in quibus ea percipitur ingrata *ra.* & dulcedini opposita, vt dixi, fellisq; emula qualitas, quæ vel simpliciter & absolute, vel participatione amaritudinis ita *ap-* *Simpliciter ad-* pellatur. Simpliciter, vbi maxima, sola, summaq; nec *impedita marisimum.* amaritudo est, vt in Nitro, Felle, et Colocynthide. His enim rebus vix quicquam amarius reperiri potest. Cætera verò omnia, quæ vel minorem amaritudinem habent, vel non solum amara sunt, non minus his amara dicuntur: quanquam maioris & minoris ratione plurimum inter se distent, vt postea dicetur. Qui verò eruginis & Chalcanthi, & metallicarum quarûdam ac alias rum rerum, horridū saporem amarum nuncupant, impropiè *Horridus sa-* id faciunt, & saporum species confundunt. Maximè verò im- *por impropiè* propriè, extraq; genus saporum translatione quadam, vniuer- *amarus.*

R ij sa,

LIBER II.

*Vsurpatio non
minùs extrage
rus saporum.*

sa, quæ ingrata iniucundaq; sunt, amara, quemadmodum quæ grata iucundaq; sunt, dulcia nominātur. Qua ratione amara dī es, pro ærumnosa, amarū dictum, scriptum verbūmū, pro im portuno ingratoq;, & q̄ bilē mouere possit, vsurpatur. Sed metaphoricā esse hanc appellationē notius est, quām vt debeat moneri. Cū ergo nominis ratio satis perspicua sit minimāq; in tricata, ad ipsius rei explicationē accedam: Et primū quidē, quę sit ipsius amaritudinis natura & contéperatio causęq; docebo.

De contemperatione et causis amaritudinis *Peripateticorum et dogmaticorum sententia refutatur.*

CAPVT II.

*Galeni opinio
Conciliator.*



Alenus ergo à calido materiam terream siccām & crassā adurente & extenuante fieri amaritudinem statuit breuiter. Sed conciliator his gradibus gigni sapores calidos putat; primum à calore moderato in međio subiecto dulce fieri; deinde salcedinē fieri, (vt Aristoteles Lib: 4. Meteor: dicit) à calido auctō effidente in humido aëreo euaporationē. Si euaporationem efficiens caliditas major sit, amarum saporem nasci. Ideò sub tropicis & æquatore, vbi acrior caliditas, mare illud non tantūm salsum, sed etiam amarum est, adeò vt vix animalia in eo viuant paucas: Caspium verò, Balthicum, glaciale, & circa Bosphorum & Hellespontum, dulciora sunt: Addit, & crassum subiectum attenuatum iam, minus tamen, quām in acri sapore. Vbi enim calor euaporans humidum & absumentes adeò validus sit, vt iam dissoluat subiectum, absumpto humore continuante, acre fieri, qui gradus in speciem verisimiles videntur, non tamen veri sunt. Montanus, eundē Galenum secutus, simpliciter dicit, à calore mode-

DE AMARITVIDNE.

68.

moderato fieri dulcedinem, ab auctiore calore insignē dulcedinē, vt in Saccharo : à calore adhuc maiore, non solū insignem dulcedinem, sed etiam alios sapores coniunctos, scilicet in melle cū summa dulcedine acrimoniam iunctam. Vbi verò & hic gradus caloris excedatur, iam cæteros calidos sapores gigni, pri- mū salcedinem, deinde amaritudinem, postrem acrimoniam iuxta gradū caloris exuperatim. Galenus itaq; Lib: 4. Simp: cap. 18. ait, Ex calefactis reb⁹ dulcibus amari generationē se ostendisse, id quod cap: 16. eiusdē Libri ostendit exemplo mellis. Neq; præterea quicq; de vera procreatione amaritudinis extat certi apud Galenū. Facit enim procreationis amari mentionem tan tū, non autem eam docet. Quia aliud in ea disputatione instituit, nemp̄ probare, quod amara sint calida & sicca, id, ait, experientia probari & ratione: Experientia, q̄ dulcia excal facta fi ant amara, & vt cinis & calx Empyreuma accipiāt: Ratione e tiā, quod sicca sint amara, quod in calefactione dulciū humor expiret, & materia siccior & terrena remaneat, cū dulcia sint hu mida, experientia calcis & cineris. De generatione ergo amari sententia Galeni est, q̄ ea excal factis & quasi perustis assatisq; dulcib⁹, & humiditate in ijs cōsumpta, gignātur, ac simul parte terrea relicta, & à caloris perustione, vt cinis & calx attenuata. Sed q̄ hæc non sit perpetua et certa generatio amaritudinis, ex eo primū constat, quod multa sint amara, quę nō ex præcedente dulci sunt nata, vt Colocynthis, absinthiū, nitrum: dein de q̄ Galenus ipse fateatur, ex falso etiam gigni amarū, si vehe mētius concal factat salsum, q̄ exemplo Lacus Asphaltitis probat, qui in cōcluso & calido loco sit, Ideo amaram, nō solūm sal sum, eam esse aquā. Et si quis eā in lato vase Soli exponat, valde fieri amarā. Atq; hoc alijs etiam sal sis reb⁹ valde excal factis cōtingere. Quę Galeni sententia etiam eo probatur, quod mare sub æquatore amari⁹ sit propter Solis vicinitatem: Balthicū au tem & Britanicū, et Hircanum, ac Hellēsponticū, q̄ versus

*Galeni proba
tiones quod a
mara sint cal
da & sicca.*

*Galeni ratio
nes refutant
ur.*

R iiiij Septem-

Septentrionem, et in frigidiori loco sita sint, non ita valde falsa & omnino non sunt amara. Et in Thermis calidissimis plerūq; nitrum ex falsagine illa terrea appetet, vt in Aponensibus & Carlinis constat. Si ergo ex falso etiam gignitur amarum, quam Galenus vocat generationem amari, ea non perpetua est, quod ex dulcibus calefactis & assatis fiat, quemadmodum neq; semper ex falsis. Hæc enim procreatio non communis est, non perpetua, nec omnibus conuenit, nec certa: sed particularis & quibusdam conueniens tantum amaris, & ideo incerta. Ergo Galenus nō debuit scribere se dixisse de generatione amari, dū dixit, mel coctum amarescere, & alia quædam. Id enim de spe cie tantum generationis amari est, nec trahi ad genus potest. Et cùm Galeno de vera procreatione amaritudinis fuerit dicendum, potius de procreatione siccitatis & caliditatis, quæ aliquando rebus amaris adest, loquitur, quām de amari procreatione. Dum calor perurit & excalafacit res dulces, ea ratione Empyreuma & calorem illis communicat, non amaritudinem propriè, quæ est aliena qualitas à calore, & dum idem calor exhaurit humiditatē ex re dulci, ei siccitatem ea ratione propriè, non autem amaritudinem communicat. Attamen dixerit aliquis: cur hanc actionem caloris sequitur in dulcibus amaritudo? sequitur quidem sed non propriè: Quomodo autem sequatur, & cùm nō per se, sed per accidens, & alio interueniente fiat, quid sit, quod interueniat, Galeno explicandum erat, quod non fecit: Nos tamen id postea tentabimus partim, partim ante diximus de commutatione saporis dulcis, quæ commutatio cùm alterius sit generatio, ad hunc locum pertinet. Igitur doctrina Galeni de procreatione, deq; ortu & crasi amaritudinis intra hos terminos continetur, quod ex dulci, dein etiam ex falso vehementer excalafactis generetur amaritudo. Sed cùm amari-

amari procreatio latius pateat, hæc doctrina recipi non potest, nec nobis satisfacit.

Primum enim quædam amara sunt, quæ neq; ex dulci, neque ex falso nata sunt, vt Absinthium, Cocolynthis, Aloë: Et succi etiam insipidi tandem amarescunt coctione in quibusdam, vt amaritudo Nucum. Deinde non opus semper est calore afflante & vehementi, quia ipse concedit, tam ab igneo calore quām ab insito dulcia amarescere, qui insitus mitis est: Ignis vero excalefaciendo Empyreuma et calorem impartiret rei & eam calidam faceret: cùm amara multa, vt post dicetur, sint frigida, sicuti Nux tenera, & Cucurbita quædam initio, & Cucorium, ac alia. Præterea nec opus est in omnibus amaris calorem tantum esse, vt exhaustat humorem ex re, quam amaram facit, & relinquat terrenam materiam extenuatā vestimq;, cùm sèpè actu humida sint valde amara, vt aqua Asphaltitis et flava bilis. Quod si opus est humoris expiratione et consumptione tanta, quanta in calce & cinere est, nec aqua marina, nec bilis adeò amara erunt: quia humor non ab sumptus est, nec remansit materia terrea adusta. Neq; id ad rem aliquid facit, quod potentia sint siccata: humor enim actu adest, quem tamē ex Galeni doctrina absumptū esse oporteret, subiectumq; terreum constitui debebat: cùm & aqua Asphaltites, & bilis, & lixivium sint amarissima, & longe amariora, quām calx et cinis, in quibus humor omnis tamē est absemptus. Et cur nitrum, quod amarum est, in aqua dissoluitur promptè, si in amaris cinereum materiam esse oportet: Et cur bilis ab ipso Galeno cæterisq; medicis omnino igni assimilatur, qui à terrena natura valde alienus est? Cùm ergo hæc ex Galeni doctrina parum constent, de amari generatione certius aliquid est inueniendum. Videamus ergo Aponensis & Montani sen-

S tentiam

LIBER II.

tentiam. Sed certè vterq; in eodem cum Galeno & Aristotele luto hæret, quod manifestis qualitatibus sapores per vim accēptos referant, cùm id nequaquam fieri posse sèpè ostensum sit. Nolint enim velint isti Autores coguntur absurdissima tueri, si elementorum qualitates saporum veras causas defendant. Causas enim sine quibus nō faciunt per se, vt post dicetur, atque totam saporum doctrinam turbant. In primis quidem ordo procreationis saporum, quem Aponensis recitat, speciem quidem pulcherrimę doctrinę, sed veritatis parum habet. Deinde ea, quæ à veteribus accepit, in ordinem digerere, & conciliare potius studet, quam emendare, & veritatem ex ipsa re potius, quam autorum temere sententijs congestis, disquirere.

Primum enim dum dulcedinem à temperato calore gigni asserit, erroneam sententiam Galeni recipit, in qua nec ipse Galenus manet, quamq; antea falsam ostendi. Quod verò deinde aucto calore gradatim ad cæteros sapores ascendit, id nullis fundamentis nec vera ratione persuasus facit, ipsa rerum natura repugnante. In primis enim cùm certi sint gradus caloris, indicandum erat quotus gradus quenq; saporem procrearet, & quotum cuiusq; gradus interuallum: aut si difficile esset graduum interuallis etiam sapores assignare, ipsis saltem integris gradibus suos ex ordine sapores tribuere difficile non erat, si calor reuera eos sapores, quos etiam calidos appellant, procrearet. Nec enim tanta copia graduum nec saporum calidorum numerantur, cùm gradus sint quatuor, & sapores calidi tres tantum. Isaacus certè Arabs scriptor vidit, cùm veteres tradidissent, & ipse quoq; crederet, sapores à primis qualitatibus gigni, ad artis perfectionem pertinere, & quasi necessere esse, vt sapores iuxta qualitatum gradus distinguerentur. Ideo & octo propemodum sunt sapores, quemadmodum calidi frigidiq;

*Isaacus apori-
bus gradus
qualitatibus
scribut,*

DE AMARITUDINE. 70.

gidiq; gradus sunt octo. Frigidos gradus nunc omitto, & de calidis dico, quos ipse ita ad gradus caloris accommodauit, vt puritatit salsum saporem esse secundi ordinis calefacentium, amarum tertij, acrem quarti. Sed cùm non tantum in calore hæc salsa sint, sed omnino extra genus caloris egrediantur, & amara quædam sint frigida, vt Cichorium, Sonchus, Lactuca sylvestris, Opium: quædam vero acria in secundo, vt Eruca; & tertio ordine, vt Sinapi, & Cappates, etiam si acria tantum sint, reperiantur: locum non habet hæc distinctio saporum iuxta gradus, & cùm res non perpetuò ita sese habeat, & saporum ordo non sequatur ordinem caloris, vt sibi scriptores persuaserunt, hæc qualitates saporum causa non erunt: Pro modo enim causæ, sequeretur modus effecti. Sed interdum tantum abest, vt amara sint tertij gradus calefacentium, vt etiam sint quarti gradus & tertij refrigerantium. Præterea cùm sapores ratione maioris & minoris differant plurimum etiam à se ipsis, vt acrimonia Pyrethri ab acrimonia Erucae, & amaritudo Colocynthidis & Nitri ab amaritudine Absinthij, Castaneæ, vel Rosa, maximam amaritudinem maximus in suo ordine, tertio scilicet summo, calor, minimam autem gignet calor minutus, qui ad tertium gradum peruenit, vt calor Rosa, & Castaneæ, & Glandis. Vnde sequitur amara non esse omnia tertij ordinis, nec etiam calida omnia. Sequitur & id, quod diuersi duo gradus eundem saporem scilicet amarum procreabunt, vt frustra dictum sit, quenq; saporem habere suum gradum. Sequitur tandem id etiam, quod idem gradus caloris, exempli causa, secundus, diuersos duos vel tres sapores procreat, scilicet, salsum, & amarum, & acrem: Et primus gradus producit amarum leuiter, & leuiter acrem, & dulcem auctum. Montanus enim iuxta gradus caloris, dulcedinis gradus oriri tradit,

Sij Postre-

LIBER II.

Postremò idem calor, & sèpè in eodem gradu, tam diuersarum rerum opifex esse nequit. Si verò aliud quiddam præter calorem requiritur, id explicandum erat, scilicet materia vel impe diméta. Luxta illorum ergo dogmata, vbi amaritudo abundat, illic & calor præcellit, quod scilicet credant ex abundante calore amaritudinem creari. Amaritudo igitur à calore solo & necessariò ac per se gignitur, vel non semper necessariò. Si necesse fariò & per se, vbi calor est, ibi amaritudo erit: Et vbi amaritudo est, illic calor erit, sed vtrumq; falsum. Vbi enim calor, illic falsedo aut acrimonia esse potest, aut neutrum, & alius sapor, vt in Chalcartho: aut nullus, vt in Arsenico, vbi tamen calor quarti gradus est. Ita, vbi amaritudo, sèpè frigus est. Igitur si non necessariò calor gignit amaritudinem, addenda sunt ea, quibus accedentibus tandem gignat. Dicunt igitur amaritudinem in materia terrea à calore victa & edomita extenuataq; procreari. Sed non sunt omnia amara in tali subiecto terreæ materiæ, quia multa sunt humida aërea, vt Cologynthis, aut terra crassa, vt Galla, Juglans viridis: & ignea, vt bilis. Nec obstat quod potentia sint sicca. Aut si hæc duo sufficiunt ad amaritudinem, calor scilicet in materia terrea attenuans eam materiam: vbi cumq; est materia terrea à calore attenuata, illic erit amaritudo. Sed res aliter se habet: quia in naturalibus sulphur est, & Auripigmentum, & Argentum viuum, quæ vehementer sunt à calore attenuatæ partes terreæ, amara tamen non sunt, quanquam vtramq; conditionem habeant. Igitur aliud quidam est, & hæc duo amaritudinis perfectæ causæ non sunt. Ita in nō naturalibus, scilicet Spodio, quod ab igne furni feruidissimo ex terrea metallica portione valde attenuatum est, ne id quidem amarum est: quamvis non nisi cinis sit terreus, & alias rerum quarundam rerum calcinatarum puluis, qui valde à calore at-

DE AMARITUDINE.

71.

re attenuatus est, amarus tamen non est. Et in vniuersum aliorum etiam saporum subiecta, qualia ipsi statuunt, extant, non tamen sequitur effectus: quamvis etiam causa efficiens eorum saporum, quos ipsi statuunt, adsit. Cùm ergo causæ, quas ipsi amaritudinem gignere putant, præsentes sint, effectum tamen, vt est amaritudo, non sequitur: necesse est aliquid impedimento esse, quo minus sequatur, nempe id deesse ad absolutionem effecti, quod præsens causa esset, vt amaritudo gigneretur. Id verò diuersum est à calore & terrea materia attenuata. Istorū enim cùm vtrumq; sèpè adsit, effectum tamen amaritudinis non sequitur. Ergo id liquidò constat, ea non sufficere pro amaritudinis generatione, quæ Galenus & Conciliator, adeoq; tota Peripateticorum schola scripsit. In hac eadem sententia & Montanus Præceptor est, sectione secunda Metaphraseos: Dulcedinem à temperato calore commiscente optimè siccum terreum cum aquo humido: Si remittatur ille calor, & ad frigiditatem declinet, languidum & insipidum crearit: si augementatur idem calor, augeri dulcedinem. Sed non animaduertit, dum augetur calor, non amplius esse temperatum. Si enim dulce fit, à temperato, quo temperatio erit calor, eo dulcius ginet aliquid. Deinde si auctus calor procreat insignem dulcedinem, dicendum erat, qualem procreat temperatus calor, & quem gradū dulcedinis. Sed fortè Montanus pro aucto calore temperatum calore auctum, id est, valde temperatum intelligit. Sed ita non erat loquendum, scilicet, calidum auctum, pro aucto temperato sumendo. Temperatus ergo calor Montano dulcedinem creat: auctus calor dulcedinem intendit, vt in Saccharo: magis auctus eandem quoq; intendit, sed insuper acrimoniam addit. Sed qua ratione natura hunc saltum facit, vt à dulcedine statim ad acrimoniam perueniat? aut si saltus fit,

S. iiij. fit à dul-

Montanus.

Calor auctus
non amplius
temperatus
est.

fit à dulci in amarum, cùm gradus caloris ascendendo pariant sapore, scilicet temperatus dulcēm, austus falso, magis auctus amarum, vehementissimus tandem acrem. Id enim aliquid est ab aliorum doctrina de saporibus. Neq; quòd in mel le ita sit, ideo generaliter de saporibus statuendum est ex eo quia dogma quoddam. Neq; enim vbi temperatus calor commiscet humidum cum sicco, statim oritur dulcedo: Neq; vbi ille calor augetur, intensa dulcedo: Neq; vbi magis adhuc augetur, cùm intensa dulcedine acrimonia. Cuncta enim ista in quisbusdam tantum contingunt, neq; tantum propter talēm calorem contingunt, sed alias ob causas, quas non indicarunt qui de saporibus scripsérunt. Quòd verò alias ob causas, ex eo constat, quòd præsentibus his causis, quas ipsi dicunt non sequatur effectum, quòd tamen sequeretur, si hæ causæ præsentibus certæ, propriae, per se & perpetuæ essent. Tales nos inueniēturos pollicemur, quibus propositis sequatur effectum, & quo effecto posito, sequatur ea causa, aut præsens sit certò annexa q; Vt si quid non certò annexum adiunctumq; sit, id alijs indicijs, non saporibus, deprehendatur. Sed cùm de dulci sapore antè sit satis superq; dietum, ea propter amarum hīc repetenda fuerunt. Pergens enim Montanus ad amarum saporem de eius generatione ita scribit: At si calor hos terminos (qui scilicet termini dulcedinem & summam dulcedinem cùm acrimonia pariunt) excesserit. (Quo loco terminus & gradus caloris nominandus erat) tum subiectum considerandum esse. Si enim siccum terreum fuerit, quod caloris redundantia adusserit & attenuauerit, necessariò substantiam terrestrem in eo mixto fieri sicciorē & tenuiorem, & magis penetrantem ad profundum. Sapor igitur resultans sit primo falso, deinde amarus. Vbi vi caloris tota humiditas exhausta fuerit, sapor ingratissimus, qui amar⁹ vocetur, redditur. Quibus verbis Mō

Generale dogma ex uno exemplo non debet statui.

Inueniēde causa quibus præsentibus certæ, propriae, per se & perpetuæ essent. Tales nos inueniēturos pollicemur, quibus propositis sequatur effectum, & quo effecto posito, sequatur ea causa, aut præsens sit certò annexa q;

Montani vero de amaris poris generis.

tanus totam mixtionē & procreationem amari saporis ex Peripatetica disciplina diligenter & perspicuè expressit, nec ipse, nec omnes dogmatici de huius saporis generatione plura habent. Quæ quām vera sint, quamuis ex prioribus satis liquet, tamen clarius adhuc indicabo, singulatim hēc verba expendēs.

In primis igitur, quòd Montanus assumit, verum est: nempe si terreum siccum à caloris exuperantia vratur & attenuatur, eam terreā substantiam fieri sicciorē, tenuiorem, magis que penetrantem ad profundum. Ita enim scribit, & quidem valde inconsideratè: *Quis enim ignorat, si terrea substantia attenuetur, eam fieri tenuiorem? & tenuiorem redditam magis ad profunda penetrare?* Sed ex ea caloris actione primò quidem falso, mox amarum nasci saporem, id euidenter falso iam antea ostendi, quòd sèpè antecedente hac actione caloris & in tali subiecto, nulla tamen amaritudo creetur, nec falsedo: & non pauca amara sint, quæ non hac ratione nata sint, neq; talia adiuncta habeant: cùm frigida eorum plurima & crassarum partium sint, vt galla, glans, nux immatura, aliaq; eiusmodi plura. Deinde quod dicit, vbi vi caloris in tali actione humor penitus exhauriatur, reddi rem amaram, id falso antea, fellis & Nitri exemplo, demonstrauit: nec minus teneris immaturis glandibus aquosissimis, & nucibus, & Cucurbitis germinantibus monstrari potest, vt ampliori refutatione hæc verba opus non habeant. Mirum tamen præterea est quòd falso & amarum, cùm insigni discriminē differant, à calore & subiecto ferè ijsdē gignantur. Cùm enim idem subiectū & idem calor sit, nisi quòd ratione minoris maiorisq; differant, vt Aristoteles, Theophrastus, ceteriq; haec tenus omnes docuerūt: necesse omnino est: cùm causæ tantum ratione maioris & minoris differant, effectum etiam tantum ea ratione differre. Atq; ita falsedo non erit nisi levius & obtusa amaritudo.

Montanus verum assumit, sed otiosus, ex quo nihil aliud sequitur.

LIBER II.

Salsum &c. Sed quamvis Philosophi id nobis conati sint persuadere , falsum tamen esse, nemo non intelligit , nisi gustatus sensu careat : cùm & naturalia & artificialia huius rei exempla extent. *marum spes, non majori & minori differunt.* Qui enim vel Castaneam, vel Rosam, vel Creticum quoddam vinum amariuscum, vel aquam, in cuius duabus libris fellis aut Aloës scrupulus dimidiis diluatur, degustet, non quod exigua sit amaritudo, ideo falsum id judicabit. Et contrà qui salsum degustat, non rectè id languidè iudicabit amarum. Si verò sal, vt sit sèpè, languidè amarus est, iam duos habet sapores, non vnum, scilicet falsum & amarum : Cùm saporum diuersæ differentesq; sint species, ea autem, quæ ratione tantum maioris minorisq; differunt, specie sint eadem. Deinde id etiam mirum, nec vlla ratione explicatum est, quod in tanta perustione & extenuatione terrenæ materiæ, non æquè acrimonia atq; amaritudo gignatur. Vbi enim ad acrimoniam generationem ventum est, eadem ferè dicuntur, quæ de amari procreatione: nec vlla cvidens à quoquam differentia mixtionis vtriusq; saporis statuitur, nisi quod Conciliator, Isaac, & pleriq; alij auctiorem caloris gradum adducant. Sed nil aliud interuenit, nihil prohibet, quin vt gradus caloris augetur, ita & amaritudo augeatur. Cùm enim causa non mutet genus, nec effectum genus mutabit. Sed vt maior caliditas est, ita maior amaritudo, non autem aliud saporis genus creabitur. Horum ergo sententia ita, vt dixi, euertitur. Montanus verò aliam differentiam ex materia non tantum ex calore efficiente, constur statuere, vt non amaritudo, sed acrimonia gignatur: quod scilicet subiectum humorē satis insignem habuerit cum sicco terreo mixtum, in quo calor validus & igneus attenuet & feruefaciat, tam humidam quām siccam partem, magis tamen & minus hunc saporem vrere, prout varij sint caloris gradus.

Etsi

DE AMARITUDINE

73.

Etsi hæc sunt refutanda in tractatione acris saporis, tamen hic tribus verbis examinari debent. Et breuter rem non ita se habere, vel ex eo constat, quod talis humor sèpè sit in rebus cum sicco terreo, & calor in eam rem agat, & saporem tamen non semper acrem, sed amarum & insipidum, & salsum, producit: vt Absinthium, Abrotanum, Gentiana, Nitrum, aliæq; herbae ac radices amaræ testantur. Quod enim siccum terreum habent, ipfi testes sunt, quia amare alias esse non possent. Quod hū morem habeant, res ipsa & sensus docet. Nec video Pyrethrū, Euphorbiū, Piper, Zinziber, plus humoris habere, quam Gen tianam, Cichorium, Aloës, Absinthium, Fel, Nitrumq;: cùm humor largior Galenicis obtundat sapores. Sed certè, vt copia humoris iuuet penetrationem saporis acris in gustu, hoc idem humor in amaro sapore, vt dictum est, præstat, scilicet vt exquisitus sentiatur. Igitur humoris præsentia in terreo subiecto non causa est, vt calor acrimoniam potius, quam amaritudo gignat, cùm in tali subiecto, & ab eodem caloris gradu uterq; gignatur. Præter hæc igitur aliud quiddam est, quod tam amaritudinem, quam acrimoniam creet. Quia vtrumque cum humore esse potest, sed non semper est, & sine humore esse potest, sed non semper est: Ita cum sicco, & sine sicco actu vtrumq; esse potest. Ita cum frigore amarum, & Limones acres esse possunt, sed neutrum semper est, vel cum, vel sine: Ita cum calore & sine calore vtrumq; esse potest, sed non semper est, vt Acetum, Opium, Cichorium. Sed illud etiam non satis mirari possum, quod tam audacter ferè omnes affirment, in acrimonia plus esse humoris, quam in amaritudine, cùm dicat ex amaris omnem humorē absumptum esse, multumq; humoris superesse in acribus, cùm amaritudinem à leuiori calore gigni idem affirment, exempli causa, à tertio gradu, acrimoniam à ve-

T hementi

hementi gradu. Inusitatum ergo est & nouum, quod leuior calor in amaris omnem humorem absumat, vehementior autem in acribus non omnem absumat. Sed dicent initio, acribus contingere humidius subiectum quam amaris. Igitur etiam leuior calor in amaris citius absumit humorem paucum, quam vehementis in acribus copiosum. Sed neque id constare potest. Ostendit enim etiam in amaris multis non absumptum esse humor, tamen ea esse amara, & non acria. Sed rursus obijcent, in ijs amaris non esse tantum calorem, qui quartum scilicet gradum attingat, sed minorem. Verum sunt exempla, in quibus & hic minor calor acrimoniam parit, ut nasturtium, radix caparum, & alia eiusmodi: Ita ut nullum sit refugium, sed tota doctrina infinitis erroribus sit implicata. Quot enim herba in hac doctrina proferuntur, tot & absurdia occurrunt. Quod cum animaduertisset Galenus, dixit de commixtione & generatione saporum, disputationes Philosophorum difficultatibus plenas esse, & finem non habere, sed contemnendas esse, & utilitatem rei medicæ querendam. Sed Galenus ipse etiam incidit in eos errores, quos vidit in ceteris, & malè dicit, non curandas esse eas mixturas, cum facultas & utilitas rei medicæ non intelligatur, nisi his explicatis recte, inuentaq; veritate,

(:)

De vera mixtione, & causis amaritudinis.

CAP VT III.

Vt igitur



T igitur causas amaroris, veramq; mixtionē commodius inuestigare possimus, quasdam certas notaſque sententias, tanquam futuræ disputationis fundamenta, preponam. In primis, quod paulo ante in nominis explicacione attigi, statuendum est, amarum non per omnia idem esse, quod iniucundum ingratumq; sed species ingratii saporis esse, sicut dulcedo grati, cum præter amarum plures sint ingratii sapores. Deinde id quod omnibus in confessō est, hoc loco expendi debet, cum amarum dulci proprietate ratione, qua sapores sunt, gustumq; afficiunt, oppositum sit, ac dulce moderatum ac temperatum sit sensibile, amarum excellens esse sensibile ac intemperatum, ac ea ratione non minus quam asperi, dissoni, graues, acuti, alijq; excellentes soni auditum laedunt, ita amarum laedat gustatus sensum maleq; afficiat. Postrem sequitur ex eadem hypothesi tertia hypothesis, qua constat amarum laedere & corrumpere sensum, non alia ob causam, quam quod aliqua ratione nobis nostræ que naturæ sit aduersum, & dissimile. Quemadmodum dulce ideo iuuat sensum, quod sit simile. Qualis autem hæc dissimilitudo sit, explicabitur. Non enim in abrasione linguæ & collutione, nec abstersione nimia consistit. Hæc cum probatione non opus habeant, iam ut vera ponantur. Est & hoc loco ad inuestigationem mixtionis amarorū repetendū, quod antea dixi, de contrarietate cum dulci: quod ea non in singulis rebus utriusq; consistat: sed primo in qualitate, qua gustus afficitur, in ceteris vero non ita euaderet. Quanq; hinc inuestigatio mixtionis ita deduci potest, ut in qualitate gustus sunt contraria (a sensu. n. initio inuestigationis sumendū) ita contraria eius qualitatis adumenta habere. Credibile enim est effecta contraria à causis proprijs contrarijs produci.

T ij Et cum

*Amarum non idem iniucundum.**Amarum excellens sensibile & sensum laedens.**Amarum nobis aduersa esse.**Amarum dulcis non in omnibus oppositum*

LIBER II.

Et cum à causarum noticia etiam initium cognitionis rerum sumatur, amaritudinis causæ erunt indagandæ, & à contrarij effecti causis facilior earum erit inuentio. Quæ contrarietas in communibus causis non est, sed proximis. Communes igitur sunt efficiens materiaq; non saporibus tantum, sed omnibus rebus à natura ortis necessariæ: calor scilicet communis cælestis, naturalis seu spiritus mudi, seu vis illa producens gignens-que, & interdum ad eius imitationē igneus iste calor, nisi quid igneus separando, corruipendo, id naturalis componendo gignendoq; faciat. Materia verò, vt naturalibus ferè omnibus, ita saporibus communis est, aqua & terra. Et in his communibus causis hærent Philosophi ac Medici tanquam in luto quodam, nec eas transcendunt, quæ tamē vt negligendæ non sunt, ita neq; ijs solis inhærendum, sed ad proprias deueniendum. Has proprias iam in certa terra attenuata & efficiens in certo calore, scilicet tertij gradus ponunt, existimantes se iam rectè (vt loquuntur) eas causas specificasse. Sed ante intelleximus, eos non penitus adhuc ad ipsam vsq; rem accessisse, nec ipsum scopum contigisse. Est enim valde generale, quod Galenus dicit, vt omnes res, ita etiā sapore ex elementis creari ac nasci. Positis ergo prioribus Hypothesibus & causis communibus, & ipsa experientia rerum magistra, propius ad negocium accedere conabimur. Qua igitur re ad saporum generationem, præter communes causas elementorum, & præter efficiens communem & materiam, opus est? Primum quidem, vt de dulcibus dulcum, proprijs dulcium contrarijs primordijs & seminarijs opus est, quæ non elementa sunt: deinde concursu efficientis causæ ac materiæ: tandem verò etiam adiumentis certis, efficienti causæ & materiæ annexis: de quibus deinde ordine in amo dicam. Quæ singula ab ijs, qui ante nos de saporibus scripse runt, omis-

*quibus præter
communes cau-
sas opus sit.*

*Seminario.
Concursu.
Adiumentis.*

DE AMARITUDINE 75.

runt, omissa fuerunt. Quanquam ne à nobis quidem etiam omnia ita oculis subiici possint, vt quasi cernantur: tamen horū necessitas quædam genere & non penitus specie intellecta efficit, vt animus magis acquiescat, & minus in erroribus versetur, quam per doctrinam veterum, quæ nec genere vera est, nec species. Malè enim, vt dicunt, generalia specificata sunt. Seminarium ergo amari seminario dulcium aduersum, tanquam primum principium negari nec potest, nec debet. Neq; verò elementum est, nec ex elementis vulgo creditis conflatum, sed res sui generis, quæ non calida, nec humida, nec frigida, nec sicca est, nec ex ijs constat: sed perinde se habet vt qualitates, seu principia quædam, quæ ex alijs non sunt. Qui enim ad quatuor principia elementorum cuncta astringunt, sine demonstracione id affirmant. Clarum id in animantium seminibus & plantarum, ybi elementorum portiones sunt, & facile deprehenduntur, sed non solæ sunt, quia alia quædam adsunt diuersa ab ijs portionibus aquæ, aëris & terræ, que Aristoteli elemēto stellarum proportione dicuntur respondere. Quæ elementa non sunt ex quatuor ipsis vllum, nec ex ijs nata. Ignava enim ista & surda elemēta non formant, non figunt, disponunt, attrahunt, repellunt, coquunt, assimilant, alunt, &c. Etiamsi tanquā administra iuuent multas naturales actiones, & se substernant, sola tamen non sunt elementa.

Vt igitur in humidis & siccis partibus commixtis à calore gignatur amarus sapor, non necessariò opus est, vt attenuetur materia: sed necessariò opus est, vt primordium & seminarium amaritudinis naturaliter in eam materiam inciderit, indutum sit, ac in ea continueatur, & à cæteris adiuuantibus, efficientem & materiam causis excolatur, vniatur, separetur, ab impedimentis è potentia in actum, & è principio in rem, cuius prin-

T ij cipium

*Seminarium
amari.*

Quid calor est? cipium est, ducatur. Quo in opere facile est intelligere, quid calor, efficiens scilicet caula, agat, & quantum praestet, quodq; non de integro gignat, sed naturalis quidem componendo & construendo confusas partes, & in ordinem redigendo, absoluendoq; ipsam rem, & vna perficiendo omnium qualitatum in ea re principia, & vniendo similia, disgregando à dissimilibus: Igneus vero calor contrà, vbi naturaliter amara qualitas delitescit, aut potentia eius, nec sentitur ob impedimenta, eam separat subiectum destruendo dissipandoq;. In cinerem enim redigere, non est generare propriè, quamvis cineris generatio videatur esse ligni destruatio: quod vnius generatio sit alterius corruptio, & è contra: tamen de abstrusis in aliqua re qualitatibus, quæ in retantum latebant, & per dissipationem ac interitum rei in apertum proferuntur, res non ita habet. Hæ enim qualitates non ita gignuntur, vt quidam sibi persuadent: sed separantur ab impedientibus qualitatibus alijs, cum quibus ante confusæ, atq; ideo sensu non perceptæ erant. Si quis tamè hoc generationem vocet, non repugno.

Naturalis calor quid agat? Ita ignis nil ipsi amaræ qualitati aliud tribuere videtur, quæm quod eam separat: aliquando iam perfectam, sed impeditam, vt sentiri nequeat, duritie, crassitie: aliquando in potentia existentem, ignisque adiumento in actum ducitam. Ea potentia ignotum & diuersum aliquid ab elementis est, vt dixi. Naturalis vero calor tantum in actum è potentia componendo & expoliendo, separandoque dicit, nulla violentia, sed naturali ratione, principium seu elementum amaritudinis in eam conuertens & eliciens è potentia actum. Ab ignis igitur similitudine vique generationem amari veteres non rectè etiam in naturalibus colligere sunt conati: quod scilicet ignis è dulcibus,

cibus, insipidis, aut alijs amara faciat: Ideò & naturalem calorem valde auctum in rebus, in certa materia amaritudinem crevit, quæ scilicet nec ipsa, nec eius principium in re fuerit. Horum enim non faciunt mentionem, sed solius caloris & materię. Sed cum exempla multa testentur eos errare, scilicet sulphur, auripigmentū, & acria quædam igne insipida redditā: in quibus cum causæ amaritudinis, non autem amaritudo sit; necesse est, vbi ipsa est & calor simul est, præter ipsum aliud requiri, scilicet aut antè affuisse amaritudinem aliquando, aut eius principium ac seminarium. Quod ipsum etiam exemplis constat: in lignis enim quibusdam sensu amaritudo percipitur, è quorum cinere lixiuim amarius est, vt Salicum.

In his sapor, qui antè iam fuit in re perfectus, tantum separatione partium per ignem elicitor, atque ita augetur, quod antè minus esset ob impedimenta evidens. Ita mellis quædam genera iam actu amariuscula sunt, quædam verò dulcissima, potentiam tamen amaritudinis in se habent ac seminarium. Quædam reipsa amariissima sunt, vt mel in Sardinia, quod iam habet aliquam amaritudinem, per ignem longè fit amarius. Vbi ignis amaritudinem actu existentem, sed tamen impeditam, in apertum producit, sublatis & discursis amaritudinis impedimentis. Quod verò mel dulcissimum est, per ignem tamen amarescit, in eo seminarium & potentia amaritudinis per ignem colligitur, & discursis amaritudinis impedimentis in actum ducitur, adiumentis amaritudinis allatis & infixis. Vbi quidam tantum à calore id fieri negligenter Philosophati sunt, quod ultra dulcedo progredi nequeat, atq; ideo necessariò in qualitatè proximā cōmutetur; cū nō hęc sit ratio, vt antè ostendim⁹, vbi de dulcium

contrary

contrarietate dixi, sed quod seminarium amarum educatur. Ita in lapidibus calcarijs insipiditas est, etiam si durities compas-
ta non impedit sensum gustandi, sed terantur & degustentur, nihil tamen amari habebunt, in calcem autem redacti habent. Quæ res indicat, potentiam, non saporem iam perfectum, ab igne duci in actum, non tamen calorem ignis de integro amaritudinem procreare, sed iuuare tantum. Sed in his lapidibus antea principium ac primordium amari fuisse, certum est: alias cum nihil diversi accidat, omnibus lapidibus vltis id contingere, aut omni terræ vltæ, cum fictilia & lateres nihil tale ab igne acquirant, quia seminarii & potentia in eo luto non fuit. Ideò non in omni lapide, vel terra, vel metallo, ab igne amaritudo creatur: Sed in ijs tantum, in quibus re ipsa aut potentia & seminario inest amaritudo. Cur autem non in omnibus insit primordium, non nos, sed natura interroganda est. Si verò ignis ipse crearet per se amaritudinem, & communicaret lapidibus alijsq; rebus, tanquam de nouo, nihil impediret, quo minus omnibus eam communicaret. Sed dicas habilitatem tamen quan-

*Habilitas ma-
terie semina-
rii dici po-
test.*

*Demonstratio
amaritudinē
non profici-
ti ab igne.*

terie requiri in materia, vt amaritudo recipiat. At ea ipsa habilitas, quod in hoc & non in illo amaritudo est, mihi & potentia, & seminarium dicitur, nec dissensio nisi in verbis erit. Et si quis dubitet omnino, an ab ipso igne communicari possit amaritudo, an potentia in re sit, longè certius est in re & subiecto amaritudinem aut eius principiū antè fuisse, quam ab igne introductam esse: Imò ab igne non proficiunt, hac demonstratione ostenditur: Quanquam enim de subiecto dici possit, ex eo non enasci, quod non insit, aut inesse videatur: tamen de igne aut calore longè certius id est, eum non largiri alijs, quo ipse careat. Quod verò calor amaritudine careat, ex eo facile probatur, quod simplex qualitas sit, & prima qualitas vocata,

ac tanquam

*ignis simplex
non materie
rationem ha-
bet & tanquam
partem amari
tudinem de se
remittit.*

*calor non co-
municat rebus
amaritudinē.*

ac tanquam elementum, non habens rationem materiæ & potentiæ ex qua (sed per quod) aliquid fiat & tanquam pars decidatur diuersa à sui propria natura, sed partes, quas à se communicat, & propagat, eiusdem sunt naturæ, nec aliud sunt, quam calor. Quare non à se diffundit amaritudinem, rubidinem, acrimoniā, cum hæc diuersa sint ab eius natura, & ijs pernitus, cum simplex & vnius naturæ sit, careat. Qua demonstratione nihil puto euidentius esse. Cum ergo constet, calorem rebus amaritudinem non communicare, superest vt vel in subiecto eius primordium sit naturaliter insitum, vel extrinsecus incidat, vbi calor materiam præpararit. An ergo principium amaritudinis extrinsecus incidat, aut ab initio statim ab opifice rerum iaditum in subiectis certis semper fuerit, certò statuer & arduum ac difficile est, et ad rem parum commodi astert. In alium ergo locum ea disputatio differetur. Vnico tamen verbo dici potest, quod & antea concessimus, extrinsecus non incidere ea seminaria, quod sàpè ab igne ex rebus eliciantur, cum ostensum iam sit, ignem ea non immittere.

*Credibilis est
amaritudinis
principium in
subiecto esse
quam à calo-
re immitti.*

Quod verò in subiecta materia amaritudinis principium potius insit, quam quod à calore ei communicetur, euidentiores & meliores probabilioresq; sunt rationes. Materia enim, in qua est amaritudinis primordium, res est composita ac substantia, non, vt calor, qualitas simplex. In ea igitur, etiam si non sentiantur, potius inesse, quam in calore, seminaria amari certum est, & verò longè similius, quam in calore inesse & non sentiri, cum calor non ita compositus sit, nec è diuersis partibus constet. Vbi enim compositio, ibi varietas. Quod enim simplex & vniusmodi est, non habet partes diuersas, quæ vel sentiantur, vel non sentiantur. Vbi autem amaritudo est, in ea materia sunt partes diuersæ. Iam verò nec ex eo, si quis obtines

V rec

LIBER II.

ret extrinsecus immitti amaritudinis seminarium in subiectū, aut ipsam amaritudinem, & non seminarium, extrinsecus accedere in paratū subiectū, probabitur à calore id fieri, præser-tim ab isto elementari calore & igneo, de quo solo elementari isti Philosophi loquuntur, raro cœlestis ac diuini mentionem facientes, qui tamen solus efficiendis ac fouendis naturalibus rebus efficax est. Is enim cœlestis calor & simplex purusq; & alienæ qualitatis expers est. Si ergo causa est, vt amaritudo ex-trinsecus adueniat, non ita causa est, quod eam de propria sua substantia tanquam sui partem abscissam subiecto cōmunicet: sed quod eam inuehat, inspiret, et quasi de sinu suo excutiat, si cut & aliarum rerum formas ac potentias, si modo Fernelij sententia vera est, eas omnes extrinsecus & cœlius illabi, præ-sertim nobiliores, & quæ ad elementa referri non possint. Mis-hi verius videtur, ex subiectis materijs adiumento tantum calo-rii educi & perfici. Quam reūn alio, vt dixi, loco disputabo. Iam id sufficiat clare ostensum esse, calorem nec lapididus, nec vllis alijs rebus quasi suas partes communicare amaritudinem aut alios sapores: sed eos ex seminario, quod à primordio rerum extat, prodire, siue illud seminarium extrinsecus, tanquā forma aliqua, vt credunt quidam, accesserit: siue ipsi materiæ naturaliter semper fuerit infixum, dum ea fuit, & cum ea ex certarum rerum concursu factum: siue Atomi illæ res sunt, vt Democritus putat: siue aliud quoddam diuinum principium. Vltra enim humanae mentis acies penetrare haud potest.

Efficiens com-mune. De seminario igitur, quod vicem proximæ materiæ habet satis iam videor dixisse. Ad hanc autem materiam in actum du-cendam causa efficiens, quam antea dixi communem calorem seu spiritum & animam mundi, accedit, eamq; fouet, sed per se & communi illa ratione speciem ex ea potentia non educit.

Sed

DE AMARITUDINE. 78.

Sed dum proprium efficiens scilicet proprium rei calorem ex-citat, recreat, fouet, & vegetum quasi alendo conseruat, quod in cæteris etiam omnibus rebus gignendis præstat, eoq; nomi-ne commune efficiens dicitur. Proprium verò in re efficiens, facultas seu proprietas quædam est, quæ calor non propriæ est, quamvis dicatur, & res alienissima est ab elemētari calore: Sed, vt Aristoteles dicit, proportione respondens elementa Stellarum. Quemadmodum & commune efficiens calor pro-priè non est, à quo fluit & fouetur hæc vis propria, quæ aliquādo adeò aliena à calore in quibusdam rebus est, vt in quibus ea vis est, ex res frigidæ dicantur. Quæ vis tamen tanta est, vt nu-tritionem & procreationem eius rei procuret, & amaritudinem vñā cum cæteris producat, & producere posset. Quare nequaquam igneus calor requiritur, qui materiam extenuet: Sed illa vis procreans, iuuans, gignens, & seminarium edu-cens in actum. Quod non semper acri calore extenuandoq; terram fit, vt sibi persuaserunt, sed separatione dissimilium, & coniunctione similium ad eandem speciem facientium, & cæte-rorum impedientium secretione. Et hæc propria vis diuer-sa est, & sua cuiniis rei peculiaris. Residet enim in Cichorio fri-gido, in Papauere: & Opium & corticem papaueris, ex quo Opium fit, amarum reddit, et Gallas, & cortices nucum iu-glandium virides: Citruli, melones primum germinantes ami-sunt, frigi tamen. Ita etiam folia Salicum, Acorus palu-stris, Barbarorū Bistorta, Lactuca adulta, folia Querna, Malicornutum. In moderatè calidis, vt Chamæmelo & Meliloti, amaritudo est, sicut eriam in calidioribus, vt Absinthio, Cen-taurio, Gentiana, felle, Aloë, Colocynthide. In aqueis & aë-reis, eadem vis hæret, vt in Oliua, oleo, vini generibus, nucleo iuglandiū aqueo & molli, cruditate ferè omniū fructuum, felle animantium,

Efficiens pro-prium.

Quid vis ille-faciatur.

Vij In

LIBER II.

Efficientis adiumenta.

In terreis porrò facultatem istam residere, in prædictis radicibus Gentianæ, Tormentillæ, inq; aluminosa & nitroso terra, satis apparet: ita ut Galenus putârit, omnia amara necessariò terream subiectam materiam obtainere, & à calore attenuatam: Quod tamen non ita esse, docuit Iohannes à grè in tali subiecto amarum generatur & sentitur. Videmus ergo nec à frigore, nec calore, nec humore, nec siccitate admodum impediri amaritudinem, nec horum aliquid necessariò requiri, & ferè in quoduis subiectum incidere, & in eo gigni, vbi ejus seminaria sunt, non obstantibus ijs, quæ putarunt veteres obstatre, nec præsentibus ijs, quæ putabant necessariò requiri: modò, vt dixi, seminarium in primis adsit, tanquam vera materia, & propria vis seu calor insitus efficiens, & vtriusq; adiumenta. Efficientis adiumenta sunt calor communis fouens, non impeditus, & efficientis caloris gradus ac modus talis, qualis cuiq; rei proprius est & peculiaris, nec ipse priuato aliquo incommodo impeditus, & materiam idoneo contactu temporeq; contingens, nec breuiori, nec longiori, quam conueniat. Hæc si affuerint agenti causæ, præsente seminario (specie, non genere noto) & materia apta, fieri nequit, quin amaritudo sequatur.

Materie adiumenta.

Vt verò materia apta sit, quibus adiumentis id fiat iam dicam. Præcipuum ergo materiæ principiū, vt sapè dixi, seminariū & primordium amaritudinis est. Ipsa materia corpus naturale integrum esse debet, si res vegetabilis sit, vt Planta, Animal, vel pars aliqua horum, vt semina, surculi, radices. Præcipue verò semen debet omnino esse integrum & incolume. A alimentū etiam et locus opportuna requiruntur, si præsertim nutritione amaritudo vñā cum re absoluatur. Vt alienum enim alimentum impedit, ita proprium iuuat tam ipsius rei quam omnium eius qualitatum & accidentiū ortum. Requiritur etiam

talis

DE AMARITUDINE. 79.

talism rei commixtio, vt qualitas amara singulis partibus exactè quadret & confusa sit, & per minima, singulas particulas vndis quaq; exactissimè contingat. Quamvis Iracastorius falsò credat, in saporibus ingratis omnibus eam ingratitudinis causam esse, quod plures sapores sint mixti & confusi, quæ varietas & inæqualitas fastidium parat, cum contrà potius simplicitas & sinceritas cōmixtionis, omnes iuuet sapores. Nec Rosa tripli cōsapore ingrata est. Et cum ad huius (quemadmodum omnium) saporis perfectionē id requiratur, vt facile & gignatur & sentiatur, vtrumq; ratione materiæ facile cōtinget, si in materia liquida, pura, simplici q; fuerit. Quæ liquiditas vel aërea, vel aquæ, vel simul iuncta esse potest et debet. Terrea enim materia nisi alterutrum in se continet, vt nullius facile saporis, ita nec amari erit particeps. Exempla plurima id probant. Absinthiū enim integrum degustatum minus amarum est, quam succus: quia terrea materia impedit gustū, nec in ea est amaritudo, vt putarunt veteres. *Ex rītorū* enim quod expresso succo super est, amarius esset, quam ipse succus. Nam verò diuersum evenit, & succus amarior est, quod amara qualitas in aquæ plantæ portione potius hæreat, quam terrea, eq; facilius communicetur: quodq; humida omnes impressions facilis, quam secca, recipiant. Ob partium enim exilitatem facile iunguntur cæteræ qualitates & facilis sentiuntur. Vt enim colore facilis liquor, & xerōs, & odore inodorus inficitur, quam res solida, ita sapore quoq;. Ideo & aliatarum omnium Plantarum, fructuum & radicum amararum amaritudo maior est, si succi exprimantur. Quæ res indicat, in liquidiori rei portione amaritudinem esse.

Vt verò in aquo humore rem ita se habere his exemplis cōprobatur: Ita non desunt exempla quæ ostendunt amaritudine reo quoq; esse nem quoq; in aërea & oleosa rei humiditate residere. Quod o,

Alia adiumenta materia.

Amarum in aqua seu humido potius quam in aere sicco.

Vij lea è

LIBER II.

lea è multis rebus amaris artificio secreta testantur, quæ sunt amariora rebus integris, à quibus secernuntur. Multò verò ad hoc sunt amariora, terrea parte relicta, vt in oleo Spicæ, Hyssopi, Saturegiæ, è quibus vñā cum aqua vesicis rostratis per aquā frigidam directis elicitor oleum (Quemadmodum ex omnibus calidis plantis) supernatans aquæ. Igitur humiditas rei ad iumentum aliquod est. At dicat quispiam, cur Colocynthis amara, & Aloë, & radix gentianæ, & absinthij semen, atq; alia eiusmodi, & plantæ siccæ plures, vt Centaurium, Scordium, Saturegia, Marrubium. Sciendum, rerum humiditatem omnem vel aéream, vel aqueam esse. In predictis, quòd assumunt, ita siccæ esse quòd careant aquæ humiditate, verum est, sed tamen hæc omnia, quæ amara sunt, non ita siccæ sunt, vt etiam careant humore aereo substantifico continente partes rei. Oleum enim & humor aliquis in his omnibus est, aliâs in puluerem fatiscerent, nec cōtinua manerent. Certissimè nihil vspia rerū est, quòd exhausto penitus omni humore tam aquo quam aereo, et diffusum ac solutum vnitate ob humorem deficiente, amplius amarum sit, dum in purissimam terram degenerauit. Impossibile enim est, amiso proprio subiecto vel continente, & connectente causa, superesse qualitatem aliquam aut sentiri. Ideo nec in Aloë, nec Colocynthide, nec aridis herbis ac radicibus omnis humor abest, præsertim aereus & continēs ac connectens subiecto qualitates. Hæc enim vtcumq; amara, seipso amariora fiunt, si liquida eorum pars separetur, aut tenuitas oleosa in aliquem succum eliciatur, vt Norinbergenses quidam norūt, qui succū Rhabarbari, & Colocynthidis, & aloës, aliorumq; vendūt, & extracta vocant. Et quòd obiectio omnia amara desiccare, atq; ideo siccæ atq; humore exhausta necessariò esse, id nō ita habet. Siccare enim facultate sua possunt, quæ a liquida esse possunt. bilius

*Obiectio quod
siccæ quedam
amaræ.*

*Humor du-
plex.*

*que facultate
siccant reip̄a
reip̄a*

DE AMARITUDINE. 80.

bilis. Facultate enim desiccare, qualitatæ amaræ nec detrahit, nec adiicit quicquā, cùm diuersum quiddā sit. Qualitas enim amara reuera à potentiali & actuali desiccatione potius impeditur, quām iuuatur. *χύμασ* etiam Græcis succum et saporem significat, quòd nō est, si exhaustus sit humor. Potentialis siccitas tollit è lingua humorem, qui ad sensum requiritur. Actualis siccitas non subit linguam nec percipitur, nec gignitur cum ea amaritudo. Quin & Aristoteles 2. de anima cap: 10. ait, nihil absq; humiditate saporis sensum efficere, sed omne gustabile aut actu, aut potentia, humorem possidere, vt patet in ijs, quæ falsa sunt. Ideo nō propterea quòd potentialis siccitas sèpè cù amaritudine est, eam iuuat. Quod enim siccatur, humorē tollit, sensum impedit. Quòd igitur amara liquida sunt, ideo facile sentiuntur, non quòd potentia siccet. Quamuis & liquiditas diuersū quid sit ab amaritudine, quemadmodum & siccandi facultas, tamen ratio & sensus prohibet, amaritudinē à liquiditate magis, quā à potentia desiccandi, iuuari. Id tamen lubens fateor, non abesse terreū quiddam materialeq; in quo amara hærebat qualitas, quod dulciū contrarietas fateri cogit. Id tamen terrenū semper medio aliquo humore cù amaritudine nectitur necessariò vt fetiri possit. Ideo humor prorsus abesse nō potest, et plus facit, q; terreū illud, ad seniū. Imo verò humor, vel aereus, vel aqueus, adest omnibus. Sed tātū illud terreū non est, vt amari omnes vires inde pendeant, vt Galenus ratiocinatur, quæ admodū in sequentibus dicetur: Si verò cù eadē hac liquiditate *Tenuitas* coniuncta est partiū tenuitas, et ipsa etiam est magnū amaritudinis adiumentū, de qua separatim dicendū non est. Quòd enim & tenuia sint valde amara, res ipsa in oleis Spicæ et alijs indicat. Idē testantur Græci, qui à calore materia attenuatam terreā requirūt. In calida etiā materia sèpius & facilius reperitur amaritudo. Calor enim iuuat penetrationē, generationem et seniū a-

viiiij mari-

LIBER II.

maritudinis. Quamvis sèpè etiam naturæ visum sit frigido subiecto indere hanc qualitatem. De raritate partiū nemo dubitat eam saporibus aptam esse. Imbuitur enim facile tota ea materia vt qualitate saporum, ita etiam odorum : & tenuitas raritati iuncta est. Exemplū insigne huius adiumenti Cologynthis arida est, qua vix quicquam est amarus. Hæc sunt amaritudinis præcipua adiumenta. Cætera enim non tanti sunt momenti, & ob id breuitatis causa consultò à nobis omittuntur.

Differentiæ amaritudinis & earum causæ.

CAPVT III.



Summe amaritudinis adiumenta seu cause.

Contrarium umma amaritudini.

X hac iam varietate adiuuantium & impediens causarum amaritudinis differentiæ nascuntur maioris minorisq; ratione differentes. Si ergo dynamis, seminarium ac primordium amaritudinis insit largè & copiose in materia integra & apta, quæ sit liquida, & nō careat tenui aqueo aut aëreo humore, qui terream fæcem cum qualitate amara iungat, rara etiam mollisq; sit: Cuius nativa vis, quam calore insitum vocant, talis sit, qualem ea res propriè suapteq; natura postulat, foueturq; libere à cœlesti calore cōmuni, nec contactu, nec spacio temporeq; impediatur, et, si res vegeta est, alimentū idoneum attrahatur, ac tandem totius rei mixtio cōtemporatioq; exquisitè perficiatur, amaritudo procul dubio omnium maxima in ea re gignetur. Contrà vero ybi & dynamis illa imbecillis & exigua est, vel impedita in materia aliena, crassa, dura, densa, omni humore penitus exhausta, quo cù materia terrea propria subigatur, insitaq; vi debilitata, et externo cœlesti calore nō sustentata, tēpore et inter-

uallo

DE AMARITUDINE

81.

uallo impedita, alimento propriè destituta, & malè contéperata mixtaq; necesse omnino est, amaritudinē vel nullam, vel perspicaciam in ea re nasci, aut, si nascatur, non sentiri. Inter hæc, quasi extrema quædam, non paucæ differentiæ nascuntur, quæ, quemadmodum in dulcibus egimus, à quois in suas classes distribui possunt ac discerni: primò in summam, medium, & infimam amaritudinem, & cuiusque classis gradus ternos. Sed cùm ex his gradibus & differentijs amaritudinis ad artem medicam, adeò multum utilitatis non perueniat, ijs singularim explicandis discernendisque supercedere possem, & ad philosophicas disputationes id negotium reiçere: eas tamen proximè adumbrabo, vt instituto satishat. Cæterum illud scendum est, ad causas proximas amaritudinis, eiusq; differentiarū, adeò propè perueniri non posse, vt quasi digitis monstretur: sed generalibus istis indicatis, semper speciatim ignotum quodam superesse: cùm summa causa sit in principio seu primordio amaritudinis, & id ignotum aliquid sit, quemadmodum omnium rerum principia: sit, vt in reddendis causis differentiarum, & varietatis amaritudinis, ad hanc præcipuam causam omnino confugendum præcipue sit. Cætera enim adiumenta fallunt. Principium enim illud quamvis ex alijs esse possit, tamen ea adhuc nobis ignota sunt. Neq; enim ex notis fit, id est, calore terream partem attenuante: sed ex notis quibusdam iuuatur, nec tamen ijs etiam, quæ Græci prodiderunt, vt necessarijs, sed ijs, quæ antè diximus, ad differentias tantum, non ad amaritudinem necessarijs.

Cogimus igitur omnino etiam in ipso seminario statuere rationem maioris & minoris. Idq; absurdum non est, cùm sit qualitas. Igitur alijs rebus insigne & potens seminarium inest, alijs debilius & obscurum suapte natura, & non impedimentis

X. recitatis

*seminarium
qualitas, & su
scipit magis
minus.*

LIBER II.

recitatis. Interduum tamen impedimentis debilitatur. Modum vero aliquem esse seminarij omnino constat, siue ipsius seminarij sit hic modus, siue, ut quidam volunt, à mixtionis gradu proueniat, vel nihil aliud sit, quam mixtionis gradus, quod tamen durum esse, ostendi, cum sèpè frigida sint amara. Quamvis utroq; modo ista differentiarum varietas in infinitum procedit, quemadmodum & mixtionis & temperamentorum varietas infinita est: specie tamen astringitur ad limites quosdam. Aequale enim temperamentum æquis partibus constat: deinde calidū humidum, vel siccum, vel frigidum abundare potest, non uno modo excessus, sed infinitis. Quemadmodum si ex albo, nigro, rubro, cæruleoq;; æquis portionibus mixtis, medium colorem omnium constituas, deinde si cuiuscunq; coloris modum in mixtione augeas, minus magisq; non illum medium, sed infinitis modis, à medio variantem colorem creabis: Cuius varietatem ad vnguem numerare impossibile erit, sed latis ac capacibus generibus comprehendere non æquè est graue. Ita animo comprehendenda est saporum distinctio, & ratio differentiarum.

Antea summæ amaritudinis adiumenta, & contrà impedimenta seminarij va-
lor etiam im-
pedimenta sua
perat.

Adiumenta amaritudinis principium, ab adiu-
mentis præcipuis, exempli causa, tenuitate & liquiditate ita au-
gument semi-
narium debile
getur & iuuatur, ut cum tali adiumento amaritudinem creet du-
mentis, crearet. Ex quo constat in sola summa omniumq; ma-

xima ama-

DE AMARITUDINE.

82.

xima amaritudine, & cetera adiumenta summa, & seminarij quoq; copiam concurrere: In differentijs autem inferioribus omnibus, quæ sub hac superiore sunt, causas varietatis & discrimini amaritudinis, modò ad copiam tantum seminarij absque adiuuantibus causis, modò & dicta adiumenta valida absque copia seminarij referri, magna & propè infinita differentiarum varietate. Quæ tamen varietas in genere ad has duas quasi summas causas, referri potest, seminarium scilicet & adiumenta, in pedimentaque varijs modis inter se complicata.

Seminarium igitur est, vel copiosum summumque, vel mediocre, vel exiguum. Adiumenta etiam sunt, vel summa, mediocria, leuia: ut liquiditas, tenuitas, calor, raritas, molitiae, mixtio, alimentum, semen, materia. Impedimenta similiter sunt vel maxima, vel mediocre, vel leuia: ut ariditas, crassities, tenacitas, frigus, densitas, durities, mala mixtio, alij sapores, alimentum, semen, materia inepta. Seminarium ergo copiosum, summumque est, vel cum adiumentis summis, & amaritudinē summa constituit: cum mediocribus, parum à summa declinantē efficit in secundo gradu: cum leuibus, magis adhuc à summa recedentem. Atque hi sunt tres gradus summæ amaritudinis, vel seminarium istud cum impedimentis. & quidem summis existit, facitque amaritudinem mediocrem, seu medij gradus. Nam ex contrarijs medium fit: aut est cum impedimentis mediocribus, & amaritudinem gignit mediocrem supremi gradus: aut cum leuibus mediocrem summi gradus, vel summā infimi gradus, quæ scilicet attingit summæ amaritudinis infimū gradum. Seminarium porro mediocre est, vel cum adiumentis summis, facitque amaritudinem summam secundi gradus, quemadmodum

*Seminarium
sumnum.*

*Seminarium
mediocre.*

X ij seminarj

LIBER II.

*Seminarium
exiguum.*

Seminarium suminū, cum mediocribus adiumentis eundē gradum constituit: vel cum adiumentis mediocribus, & parit amaritudinem summam primi gradus. Duo enim media, non medium, sed altius aliquid efficiunt: vel cum leuibus, ac producit amaritudinem mediocrem tertij gradus, quia seminarium mediocre est, & adiumenta adfunt. Seminarium verò mediocre cum tot adiumentis quot impedimentis, simpliciter mediocrem amaritudinem secundi gradus efficit. At si seminariū tale cum impedimentis leuibus coniunctum sit, causa erit amaritudinis mediocris in infimo gradu. Quemadmodum si mediocria etiam sint impedimenta, languidam amaritudinem procreabit in tertio gradu. Quia duo media in defectu, infra mediū aliquid constituunt. Si cum summis impedimentis seminarium mediocre copulatum sit, languidam in secundo gradu faciet. Quamuis enim summa sint impedimenta, tamen non omnino infimū gradum faciunt, quia resistit mediocre seminarium. Postremò

si ad seminarium exiguum acceſſerint adiumenta summa, prodibit mediocris amaritudo medij gradus, quia exactè contraria medium faciunt: Si mediocria extiterint adiumenta, mediocris quidem non tamen exactè, sed infimi gradus amaritudo nasceretur: Si leuia languidam oriri necessum erit, quamuis non omnino, sed primo gradu languidam, quia adiumenta adhuc adſunt. Porrò si seminarium exiguum leuiter impeditum sit, nascitur ex eo languida medij gradus amaritudo: Si mediocriter languida summi gradus, id est, languidissima quoad sensum: quia ad seminarium minimum, impedimenta, si non maxima, talia tamen quæ exiguā faciant, accedunt: Si verò impense praepediatur exiguum seminarium, oportebit non nisi prorsus obliteratam amaritudinem nasci, vt quamuis aliquantulum eius adſit, id tamen ob exiguitatem percipi ac sentiri nequeat. Hanc

distinctio-

DE AMARITUDINE

83.

distinctionem excogitauiimus, vt quispiam singularum amaritudinis differentiarum causas quām proximas afsignaret, quas impossibile est ex aliorum disputationibus inuenire, qui ad calidum, humidum, frigidum, siccum, tantūm eas referre sunt coenati. Quamuis & hæ quidem causæ satis sint generales: tamen,

nisi hac ratione prius constituantur, ad particulares nunquam perueniemus. Particulares autem causas singulatim explicatur, omnesq; ad vnum exemplis illustrare, rationem nostri insti-
*cur non exē-
pla singulis di-
tuti excederet, qui communem viam & methodicam in his re-
bus quærimus. Exempla tamen quædam paulò post adducam,*

quorum imitatione quis facile in cæteris fe exercebit, communib; cognitis & perspectis. Deinde id sciendum est, nos differ-
*plures diffe-
rentias amaritudinis earumq; causas tantūm ratione seminarij, rentias ama-
ac impedimentorū separatim tradidisse, cùm plures adhuc diffe- ritudinis esse
rentiæ causæq;, ex seminario cum adiumentis, impedimentisq;, finit.*

simul in eadem re iunctis oriantur. Præterea non tot differen-
tiæ tantūm amaritudinis sunt, quot ex nostra diuisione prodie-
runt: sed longè plures, si maioris & minoris ratio exactior ha-
beretur. Nos enim in nouem tantūm discrimina omnem ama-
ritudinem, quemadmodum & dulcedinem, digessimus. In tria
scilicet fastigia, & cunisq; fastigij tres ordines, seu gradus. Et
cùm in tradita diuisione non nouem, sed xvij differentiæ nume-
rentur, sciendum, quod pro vario impedimentorum & adiumento-
rum concursu, binæ & binæ concurrant: ita vt ex xvij. nouem
tantum emergant inter se differentes, maioris & minoris
ratione: Vnus tamen differentiæ sæpè duæ sunt causæ. Ut
igitur singulatim omnium causæ enumerarentur, ea diuisione
in decem & octo discrimina opus fuit. Differentias verò illas,
quas dixi, adhuc statui posse, ex mixtione adiuuantum & im-
pedientium simul causarum cum seminario, ex diuisione exqui-

X. ij. fitione

LIBER II.

sitione maioris ac minoris, vna cum suis causis consulto prætero, & quod non adeo utiles sint, & quod prolixum laborem parerent, & quod cognitis ijs, quæ dictæ sunt, quiuis eas discerne re queat. Id ut cōmodius fiat expositas iam differentias vna cū suis causis quibusdam exemplis declarabo.

Amarissima igitur sunt, quæ sequuntur fel animalium præsertim calidorum, animosorum, & iratorum, vt Canis, Felis, Lupi, Vulturis, Aquila, Leopardi, Lupi piscis: Et Colocynthis, & Aloë, & Nitrum, & Gentiana, semen Absinthij Santonici, & alterum aridum Absinthium. Quæ tamen non omnia eadem suæ amaritudinis rationem habent: Singulorum tamen rationes ex prædictis differentijs ita poterunt inuestigari: Fel amarissimum est, Colocynthis similiter. Cum autem non omnino similem habeant naturam, ex sola eorum natura, ratio amaritudinis inuestigari non poterit. Fel enim liquore constat, Colocynthis aridissima est. Magis adhuc radix Gentianæ & Aloë à felle differt. Differunt ergo materia, & corpore, & qualitatibus, sed qualitates dixi esse impedimenta vel adiumenta. Ergo ratione impedientium & adiuuantium causarum differunt. Differunt etiam seminario, non eius qualitate, sed quantitate, quod plus vel minus acceperint. Aliquid ergo quod adiumenta summa & omnia amaritudinis habeat, & simul summum ac copiosissimum seminarium, animo concipi potest, re autem ipsa reperiiri vix potest, quemadmodum & de summo dulcedinis exemplari seu Nectare diximus. Cætera ergo omnia amara sunt indeo, etiamsi amarissima quoq; sint, quod scilicet participant plus vel minus de summa illa, & quasi exemplari, vt ita dicam, amaritudine. Quibus ergo rationibus prædicta amarissima gaudiu sint, iam exemplis explicatis docebo. Cum omnes amaritudinis causæ ad seminarium & ad causas iuvantes impedientesq; referantur

DE AMARITUDINE 84.

reforantur, quasi summa duo causarum genera, in felle & Colocynthide, ac cæteris idem faciendum est. In felle ergo hæc sunt amaritudinis adiumenta, quod sit liquidum, tenuem, calidum, molle, æquabiliter mixtum, quæ sunt maxima amaritudinis adiumenta. Ipsum verò seminarium non æquè magnum & copiosum est. Longè enim adhuc amarior bilis euaderet, & omnium summum gradum attingeret. Iam verò in altero gradu summa amaritudinis consistit, qui ad nostrum sensum summus est. In quo & Colocynthis est, alia tamen ratione. In ea enim seminarium longè potentius est & summum, adiumenta autem mediocria. Quamvis enim raram & tenuem substantiam habet, tamen reipsa non liquida, sed arida est, & plus terræ habet quam fel. Quod ergo adiumentis deest, hoc seminarij magnitudo impedit. Nitrum autem parum ab extremo amaritudinis gras du, Habet enim validum seminarium, adiumenta etiam ferè summa, vt maximam partium tenuitatem: aëream, quia vaporis modo efflorescit è terra & saxis: aqueam, quia promptè liquatur. Vnde & facile miscetur amaritudinis seminarium, & promptè sentitur ob tenuitatem & penetrationem. Aloë quoq; & Gentiana, amaritudinem præcipuum ab adiumentis non habent, cum sint terrenæ substantiae & crassiusculæ, & astrin- gant ac densa sint, & diuersæ mixtionis. Quæ omnia vt cæteris saporibus, ita amaritudini aduersantur. Habet ergo copiosum & summum seminarium: contrà verò adiumenta mediocria tantum. Ideo in altero gradu, id est, medio, summa amaritudinis locantur. Mediocria autem adiumenta in ijs voco, quod & calorem, & aliquā tamen tenuitatem habeant, quæ, dum conuenient cum summo seminario, summam nihilominus amaritudinē creant, sicut & semen omnis Absinthij, præsertim Santonici. Plantæ verò Absinthij, quamvis copiosum seminarium habent, tamen

LIBER II.

tamen adiumenta ijsdē sunt lenia, solus calor, exigua tenuitas: Impedimenta verò contrà valida, crassities substantiæ satis multa, & acerbitas astrictioq; & mixtionis inæqualitas. Ideo summam quidem nec ita abominabilem amaritudinem habet, sed eam in gradu eius clasis infimo. Sed exempla omnia persequi non possum, nec res ipsa tantopere efflagitat. Mediocris iam *vinum Mal- uaticum quod- dam amaru-* amaritudinis est vinum quoddam Maluaticū ex Creta in Italia sua sponte nascens, quod causas habet exiguum omnino seminariū: quia vina suavia & salutaria esse debent naturaliter: Adiumenta verò summa amaritudinis habet, æquabile mixtio- nem, liquiditatem aëream & aqueam, ac tenuitatē. Ideo ex pauco seminario & summis adiumentis, quasi duobus contrarijs medium aliquod constituitur, amaritudo scilicet mediocris me dij gradus. Mel autem coctum, & ipsum mediocriter amarū fit: Primò quia seminaria habet paucā adiumenta autem, sci- licet tenuitatem, calorem, non summa, sed mediocria (non qui dem per se, sed quatenus pro causis iuuantibus sumuntur) Ideò mediocrē habet amaritudinem, in infimo tamen eius clasis gra du. Sit tamen vehementius coquatur, ad summā peruenire po test. Opium clarum exemplum est mediocris amaritudinis in supremo gradu, quia seminariū in eo copiosum: impedimenta autem supra mediocritatem, scilicet frigus, crassities, densitas, &c. Sed ne in exemplis nimius sim, iam vnū atq; alterū etiam exemplum languidæ amaritudinis cū sua causa adducam. Cas tanea obtusè amara est & languidè in secundo gradu. Primò quia exiguum habet amaritudinis seminariū: deinde quod etiam impedimenta mediocria habeat, diuersam mixtione, crassi- tiem, densitatem, dulcedinem. Ita Rosa languidè quoq; amara est, sed tamen magis amara, id est, insupremo gradu languidæ amaritudinis, quia seminariū exiguum naturaliter est, & leuia sunt adiu-

Mel coctū met- diocriter fit & marum.

Opium.

Castanea.

Rosa.

DE AMARITUDINE. 85.

sunt adiumenta, scilicet aliqua tenuitas: Impedimenta verò anomala mixtio & frigiditas, & astrictio ac dulcedo &c. Ita edo Etus aliquis facilè cæteris differentijs sua exempla causasq; assi gnabit. Singula enim quæq; tradi nec possunt, nec debent, vbi doctrina communis ac methodus instituitur. Hæ sunt differen- tiae quæ à saporis huius quantitate sumuntur. Iam cæteras à substantia, id est, simplicitate vel compositione, à causis effici entibus, ab effectis, à materia sumptas breuiter explicabo.

Sapor ergo amarus primū vel solus syncerus ac simplex in re est, vel cum alijs saporibus mixtus. Solus in paucis summus est, vt Nitro & felle. In pluribus mediocris & leuis, vt Centau- rīo, Anagallide, & herbis infinitis, Lactuca quoq; & Condri- la &c. Neq; enim, vt hactenus sibi persuaserunt nonnulli, sa-

*Sapor amarus
simplex etiam
exiguus esse
potest.*

por amarus vbi solus est, perpetuò vehemens & ad summum auctus est, decepti rursus uno atque altero priuato exemplo, cùm sèpè sola amaritudo etiam leuis aut mediocris insit her bis radicibus, seminibus, alijsq; partibus plantarum: vt gu stanti & experiēti manifestum erit in plantis calidis frigidisq; Sapor enim amaro, qui solus in subiecta materia est, differen- tiae, quæ ratione maioris & minoris sumuntur, detrahendæ non sunt. Nihil enim prohibet eum esse vel summum, vel mediocrem, vel obscurum, & solum in aliqua re. Ita ergo de

*Sapor amarus
cum alijs sapo-
ribus compo-
nuntur.*

simplici sapore amaro sentiendum est. Dum verò hic sapor alijs commiscetur saporibus, vel vni, vel duobus, vel pluribus commiscetur. Vni quidem, dum aliquid est amarum & acerbū, qualia sunt plurima: In quibus vicissim duplex ratio est, vel eti- nim acerbitas, vel amaritudo exuperat. Acerbitas exuperat in *Acoro vulgari, Bistorta & Gallis. Amaritudo superat in Ab-
sinthio vulgari & marino.* Eadem ferè ratio est, vbi amaritudo jungitur satori austero, qui minoris tantum ratione differt ab

*cum acerbo es-
t.*

Y acerbo.

LIBER II.

Cum acido.

Cum falso.

Cum dulci.

Cum acri.

*Differentiae
amaritudinis
ab efficiente
causa.*

acerbo. Exemplum esse potest vinum, quod austерum solum sit, & absinthio ita condiatur, ut vel vini austерitas, vel absinthij amaritudo exuperet, vel æquis portionibus temperentur. Amarum sapor cum acido est, si in succo Oxalidis aut Limonum parum Aloës diluatur. Amarum cum falso in nitrosis qui busdam lapidibus circa Thermae Aponenses percipitur, & arte huius modi multa componi possunt: ut nitrum aqua marina solutum, aut fel, aut marina per se æstate. Amarum cum dulci iungitur in ea Planta, quam quidam γλυκυτάχρονον vocant, & in Syrupo Absinthij, & in vino nouo quod cum Absinthio, vel Inula ferbuerit, vel in Musto in quo Absinthium maduerit. Amarum & acre sapit calamus aromaticus, Staphis agria, Scilla. Cum pluribus etiam saporibus amaritudo simul iungitur: ut cum sapore dulci & nidoroso horridoq; seu medicamento & astrigente in Agarico, quod omnes hos satores habet. In Rosa cum alijs tribus iungitur, si quis exquisitè degustet, cū dulcedine, leui acrimonia, & astrictione acerba. Hæ sunt iam multiplices differentiae, dum amarū cum dulci & acri, cum dulci & acido, cum dulci & falso iungitur. Ita cum acido et acerbo, cum acido & falso pariter iungi potest. Quæ discrimina ut à quoquis cōponi possunt, ita non ad modū magni sunt in re medica momenti. Ea igitur prætereo. Ab efficiente porrò causa discrimina sumuntur: Quædā enim amara sunt, quæ naturali & insito calore talia sunt, ut vegetalia, plantæ animantes, carumq; partes aut excrementa. Quædā non naturalē sed acquisitam amaritudinē habent, quæ vel admixtione rei amaræ fit, ut in vino Absinthitæ; vel detractione eorum quæ latentia in re amaritudinis seminaria impediebāt. Quod vicissim vel igne fit, vel citra ignem. Igne quidem caloreq; ut vstione vehemēti, quam calcinationē vocant, quæ calx amara fit; vel incineratione, qua cinis amarus est; vel coctio-

ne,

DE AMARITUDINE. 86.

ne, qua mel coctum amarescit dulcedine discussa; vel putredine, qua Nuces rancidæ, pineæq; & fructus, ut pyra & poma, amarescunt. In quibus etiam differentijs non negligenda sunt maioris & minoris discrimina, quæ cæteris etiam omnibus differentijs sunt communia. Materia differt amaritudo, quod quædam in rebus vegetis, quædam ijs, quæ vegeta non sunt consistit. In vegetis quidem, ut plantis, animalibus: non vegetis, ut Melle amarescēte, & partibus decerpatis & auulis à vegeto corpore, & à terreis, lapidosis, metallicis corporibus. Quædā etiam in materia ignea seu ætherea, ut oleum Spicæ: quædam in aërea: quædam aquæ: quædam terrea inest. Quædam mixtione exacta simpliciæ & æquabili; quædam verò inæquali & anomala concretione constat. A modo autem substantiæ materiæq; & secundis qualitatibus differentiae sunt; quod amara quædam liquida sunt, quædam concreta. Ita tenuia, crassa, rara, densa, calida, frigida, humida, sicca, dura, mollia, tenacia, friabilita, harum vnam aut plures qualitates habentia vel mediocri materia constantia. Differentiae verò plures, etiam ab effectibus sequuntur & è viribus nascuntur, quæ tamen ex differentijs iam enumeratis fluunt, quas iam non enumerabo. Ex ijs enim, quæ sequentur, satis patebūt. De amaritudinis igitur differentijs satis est dictum. Restat ut de viribus tum ipsius amaritudinis, tum eius differentiarum dicam.

De viribus amari.

CAPUT VI.



Rimùm ostendemus aliorū de viribus amari sententiā: deinde nostrā exponemus. Galenus dicitur lib: 4. Simp: capi: 6. sub finē, in primis facultatib' vim calefaciēdi omnib' sine exceptione tribuit his verbis: Amara verò calida etiā

Yij

*Galenus de vi
ribus amari.*

funt

LBER II.

sunt omnia, quemadmodum & fel, & nitrum, & vina valde vetera, & mille seminum genera. Namq; & Rutæ maximè sylvestris, & Tordyli, et Melathij amara sūt. Et Lupini maximè sylvestres, & Eruum præcipue sylvestre, Pelecinus, Amygdalæ amaræ, Cucurbitarum quædam semina, & Mali medici semen. Eiusdem Libri capi: 17. inquit: Dum hi sapores synceri sunt & non cum alijs qualitatibus mixti, amarus quidem planè calidus est. Qui verò nuper ex dulcium transmutatione factus est, nō ita calid⁹ est, neq; ita amarus. Qui verò perfectè transmutatus est, iam extremè amarus est, & fere acris, ita vt nō solùm abstergat, sed etiam erodat et mordicet, vt Aristolochia, et Iris, solùm abstergunt vlcera, sed Agria staphis non amara tantum, sed & acris & valde calida nō abstergit solùm, sed etiam carnē colliquat. Tale quid etiam intra corpus assūpti sapores amari solent præstare, quale in vlceribus. Abstergunt enim & purgant ipsa, & crasitiem humorum in venis incident. Vnde & Menses mouent, & reiectionibus puris ex thorace ac pulmoni bus auxiliantur, & siue phlegma crassum, siue pus, siue aliud contineatur, id expurgant. Et hac ratione Epilepticos iuuant, nisi ij amari sapores natura deleterij sint. Et cap: 18. hæc quasi colligens ait: Amari ergo sapores vim habent incidendi, ex tenuandi, abstergendi, & calefaciendi, eo vsq; scilicet ne vrāt. Et ante cap: 17. dixerat: finis & quasi terminus est amari saporis abstergere, acris vrere, dulcis alere. Iterum capite decimo octauo non tantum calefacere, sed etiam siccare amarum saporem demonstrat: Primo, quòd dulcia quæ humida sunt, calefacta, vel igne, vel natuō calore amarescant: Secundo consistentia siccata sunt. Quia cum eorum humor à calore dissipetur & effluat, sicciora & terrestria ea pertinere necesse est, vt sint tandem sicut calx & cinis. Nunc igitur tantum nosse satis sit,

DE AMARITV DINE. 87.

sit, quòd amara qualitas omnis calidis simul & siccis naturis accidit, quæ præterea sint tenuium partium, terrestrium, scilicet à calore attenuatarum. Hæc in primis, secundis & tertijs facultatibus amara ex Galeni sententia possunt, quem iam sequuntur Paulus, Actuarius, Aetius, Mesues, & Montanus, ac recentiores omnes, quorum singulatim sententias recensere non est opus.

De propria autem facultate seu dignatione & officio, quod in lingua facit sapor amarus & gustu, Galenus Lib: 1. Simpli: circa finem, Platonis ex Timo & suam sententiam exponit, vbi Plato inquit: Quæ omnia circa linguam abluunt & præter modum id faciunt, ita vt etiam de linguae substantia aliquid afferant & colliquent, vt Nitrorum facultas, omnia amara voluntur. Quæ verò moderatè absq; nitrofa facultate id agunt, & sine amara asperitate, salsa dicuntur. Hæc Plato. Galenus ibidem subdit: quemadmodum falsum non astringit, sed potius abstergit & abluit; Ita id ipsum præstat amarum, validius tam detergendo & quasi exasperando linguam moleste. Quia in re Galenus & Plato, vt paucis eorum sententiam reijciam, nequaquam attigerunt, nedum explicarunt, quid amara propriè in lingua efficiant, quatenus amara. Sed his verbis indicarunt potius, quid quædam amara gustatu efficiant, & quod speciei debetur vel attributo speciei, id putarunt generi esse proprium & omnibus speciebus commune. Nitrum enim, quod amarissimum est, in ore liquefit promptè, sicuti & nostrum Halynitron, & abluit, & quasi simul colliquat linguam: Quod tamen non efficit sua amaritudine, nec ideo quòd amarum est, sed longè alia & diuersa ratione, scilicet aquæ & aërea partium tenuitate liquata & diffluente. Nitri, enim sicut & aliorum quorundam natura, priuatim est, vt dum humorem atque

Nitrum quo modo absterget.

X iii tin-

tingunt non amplius cohærent, nec vlla vi amplius possint coēceri, sed liquata per vim diffuant, dissoluantur, ac dimoueantur, & sua tenuitate eoq; difluxu se insinuent ac simul dimoueant, quæ vel inter se cohærent, vel alteri adhærent. Atq; ita ex lingua et alijs partibus sordes ac humores afferūt, quod vocant iam abluere & detergere. Id cum hac, qua dixi, ratione fiat, scilicet à tenuitate partium ac penetratione diffluentium ac liquatarum, & ideo cōmotarum partium, amaritudini hęc aetio non est tribuenda, nec idem est quod amaritudo. Quia amara multa sunt, crassa & densa, nec id in lingua abluendo & detergendo præstant, tamen nihilominus sentiuntur amara. Igitur aliud in lingua amaritudo est: Aliud etiam hic sensus abstersionis & ablutionis, qui nō in omnibus amaris est; cùm quedam eorum etiam astringant & affigant potius, quam abluant aliquid in lingua, cùm tamen amariora sint, quam ea quæ abluunt linguam. Non igitur generi erat tribuendum, quod speciei amaræ debetur. Ex quibus perspicuum euadit, propriam affectionem, seu idipsum, quod in lingua amaritudo per se efficit, nec à Galeno, nec Platone adhuc esse inuentum. Id enim quod ei tribuunt, non amaritudinis, sed adiunctorum amaritudinis est, nec omnis amaritudinis, sed in certis rebus. Quæ verò propria vis, & quod officium amaritudinis sit & dignatio, post explicabitur. Iam videbimus an Galenus ceteras facultates rectè assignarit.

Non omnia amara calida. Dum verò Galenus ait, amara omnia esse calida, prolix a refutatione opus non habet, cùm experientia, sensus, & exempla reclament. Frigida enim sunt & amara quam plurima. Intibus, id est, Cichorium, quod ideo τικης dicitur, & Endiuia, Sonchus, Lactuca adulta domestica, præsertim tamen sylvestris,

stris, quæ vt amarior ita domestica frigidior, & adeo quidem, vt caput stupore tentet: ideo capitaliter errant, qui ea pro Endiuia apud Germanos vtuntur. Papauer etiam præcipue capitis cortex, in quo semen, viridis & siccus, non obscuram amaritudinem habet, è quo inciso in Thebaide, & alijs locis calidioribus Opium stillat, valde amarum & frigidissimum, Salix, Gallæ, Cortices nucum iuglandium virides, Citruli, Melones primum erumpentes, Malicorum, Acorus palustris, Bistorta, Hypocistis & eius succus, Hippuris, Glans recens, Nux recens & aquosa, ξυλοκέρατον recens & crudum, hæc omnia ni mirum amara cum sint, frigida tamen rectè statuuntur. Præterquam igitur quod Galenus neglectis his exemplis omnibus temerariè pronunciauit, omnia amara esse calida, in eo etiā errauit, quod saporem calidū simpliciter appellavit: cùm sapor gustatum tantum afficiat, non autem possit dici calidus, frigidus, mollis, crassus, durus, friabilis. Calidi enim est calefa, cere, non autem amaritudinis. Deinde id male omittitur, quod facultatem propriam nō distinguit ab impropria & alijs rebus communi, & quod propriā amaritudini adscribat facultatem, quæ prorsus nec propria nec communis ei est, nec vlla ratione tribui potest aut debet. Tertiò, quod de viribus in genere dicat, nec distinxerit amaritudinis differentias & singulis differentijs suas tribuerit vires, sed simpliciter loquatur de re, quæ plures habet differentias. Sed vt ad prædicta exempla redeam, statim obijcent Galenici: Verum quidem esse, quod prædicta frigida sint simulq; amara, sed amaritudinem tamen eorum esse à calidis particulis, quæ sint in ijs, quamvis frigidis, tota constitutione. Et cum nec ea particulae calidæ in ijs exuperent, nec amarus etiam sapor valde excellat, sequi vt non necessariò sint calida, etiam si sint amara.

Y iiiij Secun-

Objectiones.

*Error eorum
qui praxin exercent.*

Secundò, omnia illa enumerata habere anomalam compositionem, & totum concretum esse frigidum. Tertiò, quædam carum non esse amara solum, sed etiam acerba & astringentia, qui sapor in ijs superet: ideo & frigus exuperare, quod ab eo sapore indicatur. Quartò, quod ad Opium priuatim pertineat id super lamina calida inspissari, & illa adustione amaritudinem acquirere: Postea & calidas particulas in Opio esse ob quas amarum existat: Deinde non adeò magnam esse amaritudinem, ideo nō sequi, ut ob eam debeat esse calidum: Deinde modicā substantiam hunc saporem facere posse, quemadmodum & colorem, cùm sint qualitates non valde materiales: Præterea diuersum est naturam saporum considerare & subiectum in quo insunt sapore. Sed friuola & infirma hæc argumenta dilui facile possunt. Quod enim asserunt, si in re frigida amarus sapor sit, cum inesse ratione calidarum partium, & in ijs insidere, non autem in frigidis: Querendum est an frigidæ partes, an calidæ in ea re superent. Respondebunt frigidas superare: quod si superant & tamen res amara est, falsum est quod omnia amara sint calida, quod tamen Galenus simpliciter pro tulit, quamvis alibi sincere amara dixerit esse calida. Quod si iam simpliciter in eo persistant, calidas tamen particulas in ea re inesse, & earum ratione amaritudinem inesse, quamvis non exuperent ex particulae, adeò vt compositam rem calidam facultate faciant: quæram vicissim, quomodo probent eas calidas particulas inesse? & nihil habebunt, quo id probent, quæ elementa & amaritudinem ipsam, atq; ita in idem revolucentur. Est autem iam ante ostensum, amaritudinem nec nasci semper ab exuperante calore, nec semper comitem esse caloris, nec calorem propriè indicare, qua demonstratione ex prioribus repetita eorum obstinatio hic est conuincenda.

Quamvis

Quamvis hoc maximè argumento vanitas huius doctrinæ conuinci possit: cùm doceant & iudicent sapore certos esse indices facultatum, & amarū perpetuò in rebus indicare calorem, vbi sit & exuperet, & tamen interim fatentur rem amaram esse posse, & simul frigus in ea dominari. Vbi igitur certitudo illa saporis? cur non fallacem indicem reijcio? cur in cæteris ei fidem habeo, qui in plerisq; fallit? ad id ne verbum quidem habent, quod dicant. Neq; enim de eo tantum controuersia est, vnde nascatur amaritudo, sed quas vires habeat aut indicet. Deinde contra ipsos etiam est id ipsum, quod obijciunt: Cùm enim pleraq; amara habeant anomalam compositionem & inæqualem, & frigus cum calore inesse potest, in parte tamen calida, quamvis infirmiore, residere potest amaritudo: cur pro certo statuunt amaritudinem semper principatum caloris indicare? At tertio iam obijcient id limitandum esse, quamvis enim Galenus sæpè dicat, omnia amara esse calida, tamen alio postea loco rem arctius astringens, & accuratius perpendens, (nempè cap. xvij. libro iiiij. simpli.) ait: Si solus & syncerus in re sit amarus sapor, absq; aliarum qualitatum mixtione, tum semper calorem indicare citra omnem controuersiam. At verò & hoc ipsum esse falsum, ratione antea fuit ostensum. Iam verò & exemplis idem euidenter monstrabitur. Sunt enim non pauca quæ amara solum sunt, nec ullum alium saporem habent admixtum, calida tamen non sunt, vt Galenus affirmat, sed frigida, ipso etiam Galeno teste, vt ex prædictis Lactuca, quæ nullum habet, præter amaritudinem, alium saporem, vsq; ad secundum tamen gradum frigida est. Nec est, quod dulcedinem quis prætendat, quæ in Lactuca nulla est, nec ex Galeni decretis in re frigida secundi ordinis esse potest. Aut si maximè esset, frigiditatem non iuuaret, nec amaritudini obstaret, quo minus calidam totam

*Exempla que
solum amara
sunt, & tame
frigida.*

*Lactuca non
est dulcis.*

LIBER II.

totam plantam efficeret. Præter Lactucam nec in Cichorio, nec in Endiuia, nec in Soncho, nec in capite Monachi, nec in dente Leonis, nec in cortice Papaueris, nec in Cucurbitæ seminibus quibusdam vllus sapor est, præter amaritudinem solam. Nec enim acerbitas, nec astrictio, nec acrimonia, nec austерitas vlla adest. Quæ cùm ita sint, quis neget, etiam ea, quæ solùm amarum saporem habent, frigida esse posse, non autem calida omnia, vt Galenus sentit? Ostensum enim etiam antea est, in calido, frigido, humido, sicco, tenui, crasso, molli, duro, denso, raro, &c, vt semel dicam, in omni subiecto amarum saporem, vel maiorem, vel hebetiorem inesse posse.

Amaritudo in omni subiecto esse potest,

De Opio. Quod verò ad Opium priuatim pertinet, triuola sunt ea disuerticula: Primum quod vstum super lamina candente amaritudinem assumat. Id enim falsum est: cùm Opium naturaliter sit amarum, quia & capita ac cortex Papaueris, vnde id comparatur amara sunt naturaliter, quorum succus, qui Opium dicitur, necessariò est amarior: Quemadmodum Absinthij succus integro Absinthio non paulum amarior est, liquida scilicet & tenuiore parte (in qua sapore, qui ideo $\chi\nu\mu\sigma$ dicuntur, potissimum hærent) à terreo insipidoq; sedimento separata. Neq; ergo ab igne, vt Cōciliator cominiscitur, Opium amaritudinem acquirit: Aut si hoc maximè demus, cur non vñà cum amaritudine calorem acquirit, cùm frigidissimum sit & amarum, & cur ea amaritudo, cùm exuperet, & nullum aliud saporem sibi iunctum habeat, non etiam h̄c caloris exuperantiam indicat? Ita pro certissimo dogmate Galenus statuit. Ex quo sanè multi errores oriuntur. Recentiores enim, amaritudine seducti, Pyrolam & Saniculam statuunt calidas secundo gradu, cùm tamen neuera sint frigidæ, quia inflammations tollunt. Iudicem haud dubie

DE AMARITUDINE.

90.

dubie Lactucam & Cichorium calida pronunciarent, si veteres de his nihil dixissent. Quod autē de calidis particulis Opij afferunt, cùm id antea vanum esse in ijs, quæ parum etiam frigoris habent, ostenderim, longè minus hæc excusatio in Opio est recipienda. Si enim vera Galeni principia sunt, magna amaritudo & sola sine dubio multas & exuperantes calidas partes indicat. quomodo autē hæ locū habent in Opio, quod in quarto gradu frigidum iudicatur? Neq; ad id configiendum est, quod exigua sit in Opio amaritudo, cùm hanc tergiuersationē gustus prodat, qui consultus insignem amaritudinem in Opio linguae offert. Quare pluribus verbis propugnanda non sunt, quæ sensuum testimonio sunt conspicua & plana.

Et tandem, quod quidem pro se adducunt, id prorsus nobiscum facit: nempe exigua amari portionem vim habere, vt saporem amarum gignat, totam autem substantiam rei, in qua inest amaritudo, diuersam esse posse. Quod si ita est (quemadmodum reuera est) sapor per se qualitas est sui generis: res, cui inest sapor, suam etiam per se naturam habet: Sapor igitur & subiectum, in quo sapor est, diuersa sint & tamen simul esse possint, quia contraria non sunt. Frigus etiam & eius subiectū diuersa sunt. Vt ergo subiectū & qualitates, quæ in eo sunt, inter se differunt, ita qualitates, quæ in eo sunt, inter se differunt, nec vlla lege necessaria sunt inter se ligatae. Amaritudo enim, vt differt à calore, ita nihil commune habet cum calore, & absque eo esse potest. quemadmodum calor sine ea esse potest. Possunt tamen etiam hæc duo simul esse, non tamen, vt sèpè ostensum est, necessariò simul habent. Ita amaritudo cum frigore nihil habet, vel aduersum, vel commune. Potest igitur sine eo esse, & cum eo.

Z ii Quamvis

LIBER II.

Quamvis hæ qualitates amaritudinē iuuent vel impedian non nihil, tamen ubi ipsa, eiusq; seminarium est, oblitterari penitus à nulla facilè qualitate potest, nisi subiectum destruatur. Ut cœnū Galenus contra eos disputat, qui omnia rubra putarunt eis se calida: Ita contra ipsum disputari æquè potest, quòd omnia amara calida dicat, perinde enim falsum est. Cùm ergo his exemplis & rationibus satis iam declaratum sit, & ipsa experientia quotidie demonstret, amara multa adhibita vim habere refrigerandi, necesse est Galeni sententiam esse falsam, qua adstruit primū, omnia amara esse calida: Alio verò loco, quæ solum amarum habeant saporem, citra controversiam esse calida omnia simul. Qua in re & naturæ interpres parum æquus est, cui iniuriam facit, & simul sectatores suos medicos in periculosos deducit errores, dum ijs notam & indicem omnino fallacem persuadet, quo calida discernant medicamenta, & amarorum dignoscant vires, cùm sàpè contrarium in re sit eius, quòd hoc indice Galenici putant designari. Ostensum ergo iam est, omnia amara vim calefaciendi non habere. Nunc docendum est, quamvis plæraq; amara siccent, non omnia tamen necessario vim siccandi possidere.

Cùm ergo multò antè id monstratum sit, amaram qualitatem in quoquis subiecto locum habere, hoc est, cum quibusuis tam primis quam secundis qualitatibus consistere posse, non dubium est, in materia etiam humida locum habere, quod cùm in artificialibus fiat, nec naturæ denegatum id est, vt cùm parum fellis copiosam aquam reddit amaram, ita natura humidis ama-

Nec vim siccā rōrem facile inficere potest. Si ergo humida sunt amara, nihil di simpliciter prohibet, ea ita humida actu etiam esse, vt vim habeant humectandi, quorum exempla ex prædictis sunt in promptu. In prismis quidem Lactuca, quæ plurimum humectat & frigefacit, &

Chondrilla

DE AMARITVDINE

91.

Chondrylla, deinde Cucurbitæ quædam & Citrulli, vocati Cucumeres, inter initia amarescunt, cùm simul cruda scateant humiditate. Ita endiuia omneq; genus Intuborū hortensium humectant, nec amaritudine carēt, nec eam etiam vulgarē habent, & solam quidem habent, ne sit refugio locus. Hæc igitur cùm amara & humida sint, ac longè adhuc plura sint & esse possint nobis non animaduersa, nō rectè Galenus statuit amara omnia habere vim desiccandi. Si enim ex Lactuca & cæterorum amaritudine, quam solam habent, quis pronunciaret, ea resiccandi vim habere, grauiissimè erraret: Verùm si limitationem aliquā Galenus addidisset, nempè, nō omnia amara, sed ea tantum, quæ vehementer & valde amara sunt, siccare, ferri eius sententia posterat. Id enim verū esse certis exemplis deprehenditur. Quin & hoc fatendum est, materiale quiddam terreum esse, cum amara hac qualitate paulò penitus confusum, vt cum dulci cælestè quiddam. Sed eius tantilla portio cum diuersis, & sàpè cum humidissimo subiecto, non semper siccare potest: cùm parua portio amari magnam liquoris copiam posset inficere amarore: Vt parum fellis aut Aloës copiosam aquam amaram facit. Atque ita constare puto Galenū primas facultates rebus amaris semper calidas & siccias magno errore tribuisse. Iam accedā ad facultates secundas & tertias. Amarus ergo sapor Galeno, præter vim calefaciendi siccandiq; alias facultates secundas, tertiasq; in genere habet, quæ primas sequuntur: facultatem scilicet ablergendi, expurgandi, extenuandi, incidendiq; menses prouocandi, pus aut pituitam è peccatore eliciendi. Sed has vires primū, vt nullus sapor, ita nec amarus habet. Sapor enim vt sapor, solam afficit linguam. Necesse igitur est, vt ex Galenī sententia sapor amarus tantum indicet in rebus has vires. Sed cùm ab ipso sapore hæ vires non proficiantur, frustra dis-

Z ij cit Ga-

LIBER II.

Cit Galenus amarum saporem tale quid præstare: aut si putat has vires ab amaro sapore tantum indicari, certum est (si, quæ ante ostensa sunt, tenemus) quod hoc indicium omnino fallat, in secundis his & tertii facultatibus æque atq; in primis. Amaritudo enim res & qualitas per se est, quæ non habet vim agendi quicq; aliud, quam gustum afficiendi. Qualitates verò quæ cū amaritudine in eadem re coniunguntur, suas etiam habent vires, tenuitas scilicet attenuandi, incidendi, aperiendi, & abstergendi cum siccitate, sicut caliditas calefaciendi, & quævis qualitas id, quod naturaliter potest, facultatem habet agendi. Ut ergo turpè fuerit amaritudini tribuere vim calefaciendi, quæ calori debetur: ita turpè est eidem tribuere vim attenuandi, quæ tenuitatis partium est, præcipue cum calore. Sed dicat quispiam hæc omnia vera esse, nec Galenum aliter docuisse re ipsa, quamvis verbis rem aliter expresserit: adesse scilicet amaritudini certas qualitates, quæ tanquam adiuncta perpetua semper ei ad sint, scilicet tenuitatem partium terrearum, deinde calorē, qui attenuauerit eas partes, & siccitatem quandam introductā ab eo calore: Ideo calefacere omnia amara, siccareq; & attenuare, atq; alia agere, quæ hæc sequantur: talia enim sunt Galeni principia. Sed falsitas horum vicissim ex ijs apparet, quæ iam antè demonstrata sunt, scilicet amaritudinē non necessariò semper gigni à calore attenuante materiam terream, nec semper omni humore id subiectum exhaustiri, sed in quavis materia amaritudinem inhærere: Aduantes impedientesq; causas esse incertas, nec omnibus amaris eadem semper adiuncta adesse: Ideo nec easdem vires omnia amara habere, cum vires, de quibus disputatur, ab adiunctis & non ab ipsa qualitate amara proficiuntur, si verò adiuncta semper eadem & certa essent, quæ amaritudinem comitantur, doctrina de viribus amarorum certior etiam

DE AMARITUDINE

92.

tior etiam esset. Adiunctarum qualitatum enim vires, non proprie saporibus sed alijs sensibus, vt visu, & potissimum tactu, ipsaq; experientia deprehenduntur. Quæ notæ minus falluntur, quanq; sapores. Nec tamen è saporibus etiam indicia penitus rejiciuntur, si præsertim ijs tanquam tactu aliquo exquisitiore vtamur, præsertim in acribus & mordacibus. Ex ijs autem, quæ solidum gustatum & linguam afficiunt, de primis, secundis, & tertii facultatibus coniecturam facere, anceps, lubricum, & incertum genus doctrinæ semper fuit: Cùm ratione & experientiae vehementer repugnet, ita vt vehementer mirum sit, haec tenus neminem falsis & perniciosis istis opinionibus se opposuisse. Maximè etiam mirum est, quod Græci, & præsertim Galenus homo perspicacissimus, dogma commune statuerunt, ex consideratione unius atque alterius exempli priuati, vt scilicet quæ in Nitro sunt, ea in omnibus amaris putariint esse, abstersionem scilicet, colliquationemque linguæ: Et quæ cineri & calci rebus amaris per ignem acciderunt, quorum partes terreas attenuatæ sint, id existimârint à natura rebus omnibus amaris contingere, cùm calx non sit amara, sed acris magis. Et vt semel omnia dicam, mirum est, quod amaritudini tribuerint, quæ rebus conueniunt, in quibus amaritudo est, & quæ inesse possent, si amaritudo non inesset. Sed hæc missa faciamus, & quid nos reuera de viribus amaritudinis, & amarorum putemus sentiendum esse, exponamus.

Quæ nostra de facultatibus amaritudinis, & amarorum sit sententia.

CAPVT

*Amaritudinē
non semper in
dicare secun-
das facultates*

LIBER II.
CAPVT VI.



Marorum ergo facultates aut propriæ sunt, aut impropriæ. Propriæ sunt, quæ ipsius sunt amaritudinis, & à solo omni q; sapore amaro proficiscuntur, iuxta maioris tamen & minoris rationem, & quæ ad sensum gustatus propriè pertinent. Impropriæ facultates sunt, quæ non ipsius sunt amaritudinis, nec ab ea proficiscuntur, qua sensum gustandi mouet: Sed rerum amararum sunt seu qualitatum, & adiunctorum: quæ adiuncta in rebus amaris, non tamen necessariò, semper reperiuntur. De proprijs itaq; facultatibus dicā primū, deinde de improprijs.

De propria facultate & dignitione amaritudinis.

Cur autem Platonis & Galeni hac de re sententiam non probem, antè exposui. Quòd verò ex facultatibus temerè & falso assignatis, multum rei medicæ erroris inuehatur, id omnibus perspicuum esse puto. Dum enim ab amaritudine conjecturam faciens quisquam de calore, rem amaram calidam statim iudicat, mirum est quantum impingere ipsum & hallucinari necesse sit, cum frigida, vt ostendimus, non pauca sint amara, quæ hac ratione detestando errore pro calidis ad usum rapiuntur, vt & crassa pro tenuibus. Aliter enim facere non poterit, qui studiosè sequetur principia à Galeno & Græcis posita. At dixerint satis notum esse, quid frigidum, quid calidum: & ab amaritudine neminem haec tenus ita seductum esse, qui rem frigidam iudicarit calidam. Demus id sanè ipsis, quod tamen falsum est, cum recētores & imperiti frequenter errant: Sed quid in arte, quæ certa esse debet, opus habemus falsis & incertis praecēptis? Si enim ingeniosus nemo ijs fallitur, at imperiti falli possunt,

DE AMARITUDINE 93.

possunt, & hac ratione in hominum vitam grassari, candidum pro atro, & frigidum pro calido, ac crassum pro tenui arripientes. De facultatibus igitur amaritudinis, quæ maximè fieri potest, doctrinam certam, veram, claramq; trademus, hinc exorsi: Vulgatum est, contraria in medium adducta & inter se collata magis elucescere. Quæ ergo de dulcedinis viribus iam antè exposita sunt, in memoriam erunt reuocanda, vt quæ huic disputationi de viribus amaritudinis magnam lucem sint allatura. Quemadmodum igitur dulcedinis diximus vim, dignitionem & functionem propriam esse, gustum sani & temperati hominis ignoto quodam consensu suauissime afficere ac delectare: Ita contrà amaritudinis efficiunt & facultas propria erit, gustum sani & temperati hominis per ignotam quandam dissensionem & antipathiam insuavi & felleo sapore mouere ac turbare. Hæc q; maximè propria amaritudinis vis est, solaq; facultas, per quam tanquam actionem peculiarem & notam certamq; à ceteris distinguitur saporibus: quæq; soli & omni adest & semper, quod sanè de calore pronunciari non potest. Ideo & dignitionem hanc, propriam vim soleo appellare. Cum enim cuncta, quæ agendi aliquā vim habent, vel propriè & per se hanc vim præstent, vel fortuito, quod per accidens vocant, id est, non per se, sed per aliud, non quidem per quodvis, sed quod ei adiunctum & attributum est: amaritudinis etiam vires propriæ ab improprijs discernenda sunt. Cum verò amaritudo sit sapor, & saporum proprium munus sit linguam gustus instrumentum mouere, non auditum aut olfactum, nec certè amaritudinis alia vis propria erit, quæ afferiendi gustum. Quomodo autem gustum afficiat, ex contrario sapore potissimum appareat, vt summatum iam dictum est: nempe ex qualitate ingrata ob certum aliquem dissensum, eū-

Aa que

LIBER II.

Tota substantia & sordida
ignota.

que ignotum , cuius intelligentiam tamen ratione , quantum fieri potest , tentabimus declarare , vt hac ratione ad latentem causam amari potissimum saporis perueniamus , cùm plura integratorum saporum sint genera , vt intelligatur , quid cum ijs habeat commune , quid peculiare . Insuauitas ergò non oritur à re concordi ac consentiente , sed ab aduersa & dissentiente . Discordia autem & dissensio in rebus est , ob contrarias & dissimiles affectiones , non autem ob amicitiam & similitudinem quæ inter pares est . Dissimilitudo porrò rerum est vel in partibus vel in toto . Partes præcipue , & principia vulgata rerū ex quibus constant , sunt materia & forma , seu , vt iam quidam distinguunt , materia & accidentia . In alterutro igitur dissimilitudo esse potest . Quæ in vtroq; est , dicitur in toto vel in tota substantia esse . Quam dissimilitudinē iam à tota substantia & occultā , ignotam ac specificam vocant , quòd alia ratio eius dens non subesse videatur , quam rei essentia & sors , quæ in rebus ignota est . Sapores igitur horridissimi quidam sunt : quos veteres planè præterierunt : à quibus maximo dissensiū refugimus , & lādimur , ac tota natura commouemur , vt sunt succi quidam medicamentosi aut alijs horridi sapore , quos à tota substantia , id est , ratione materiae & formae , nobis aduersos ac planè deleterios iudicamus , quales sunt in pharmacis plurisq; & in putridis rebus , ac metallicis quibusdam , vt Chalcano , & præcipue Sory ac Melenteria , ac æreis quibusdam . Inter ingratos verò hos sapores , amarus non adeo tota substantia vehementer nobis aduersatur , sed ratione materiae vehementius , quam formæ . Vt enim dulcium materia coelestis , aut ei proportione respondens , pura , mitis , benigna , nostræq; naturæ meliori similis & amica est : Ita amarorum materia ei plenè opposita , ea scilicet cui per humorem aliquem proximè mixta

DE AMARITVDINE.

94.

mixta est , & inhæret amara qualitas , terrena , feculenta , impura , aspera , & nobiliori nostræ naturæ dissimilis & iniuncta est : Deinde qualitate gustui aduersa , infecta , magis ingrata sit & iniucunda , cui qualitati quamvis præcipua vis debeatur , materia tamen talis mirificè cam iuuat ingratitudinem .

Qualitas autem amara & seminarium per se quoq; res occulta est , quòd ad causas attinet , cùm sit ab intellectu aliena , sed sensu gustatus tantum indicetur , vnde præter ingratitudinem nihil nouimus . Ideo & Galenus alibi vocat qualitatem *πυρηγίαν* . Cùm verò & nostra natura , ac substantiæ facultatum ignotæ sint , quod ad *ποτιαν* pertinet , non mirum , si ea etiam magna sui parte , quæ conueniunt aut repugnant facultatum substantiæ , ignota sint . Et cùm formæ omnium rerum iudicentur ignotæ , accidentarias etiam ignotas esse , mirum non est . Ad actionem igitur & facultatem propriam redeo , quæ est gustum adeoq; naturam nostram insuauitate & molestia afficer , turbare , horrorem & nauseam mouere ; & hæc actio amaritudinis , qua amaritudo est , non simpliciter ita propria est , quin alijs saporibus horridis sit communis . Igitur in descriptione antea adiectum est , felleo sapore , vt priuatim similitudine quadam propriam *ποτιαν* huius saporis exprimeremus , ne in genere cum horridis confunderetur , sed inter ingratos & horridos is potissimum esset , qui dulci propriè opponitur & fellis saporem imitatur . Cùm enim dulcis sapor quasi medius sit , & ideo vñus , & facile intelligatur : Ingrati autem sapores plures (vt boni & veri semper eadem & simplex est ratio , mali autem & falsi multiplex) difficilius discernuntur , nisi à priuata aliqua specie denominentur .

Aa ij Amarum

L I B E R II.

Amarum ergo felleum consultò nominamus, quòd omnia amara simile quiddam felli, rei notissimè gustu, præ se ferat. Ex his igitur in vniuersum constat, quæ propria amaritudinis facultas sit. Iam cùm amarorum sint differentiæ, vt ante dictum est, maioris ac minoris ratione discretæ, iuxta eas differentias facultas discernitur. Amarissimis enim inest maxima insuauitas, & summa vis commouendi, turbandi, ac vexandi gustum ac totam naturam: mediocriter amaris mediocris: obscurè amaris, obscura. Ita ijs, quæ solùm amara sunt, plerumq; maior aut maxima ea vis inest: Is verò quæ alijs saporibus sunt mixta, minor. Ideo absinthij amaritudinem multi ferunt in vino cum vinoso sapore. Et liquida amara magis lædunt concretis, quia penetrant profundius: altera citius excutiuntur, nisi immorentr. Ita tenuia crassis, mollia duris, rara densis magis horrorem mouent.

Ergo amara non ideo solùm non alunt, vt Galenus putat, quòd nimis calida sint & arida, sed quod toti etiam naturæ dissimilia & aduersa sint. Parisiensis quidam Medicus, capitula integra Absinthij in melle deuorarat suasu nescio cuius scriptoris, vt ventrem iuuaret, sed adeò cruciatus est, vt eo die de vita desperârit. Ideo & quæ multi putant roborare stomachū, vt feculentam aloëm, ea lædunt potius: & iners similitudo est, quòd extra vindicent à putredine, ideo & intra: cùm intra horrore turbent naturam, & ab omnibus impedianc actionibus & præcipue coctione: Vnde cruditas, corruptio, calor, agitatio, putredo, & mihi febris, & alijs ex aloë & ipsa mors sequuta est. Medicamenta ergo non impedientia, sed iuuantia danda sunt, quia non medicamenta sed natura agit. Quo minus ergo turbatur, & quo magis iuuatur, eò melius actio succedit. Iuuatur autem amicis, benignis, gratis, similibus, non horridis

DE AMARITUDINE 95.

ridis & ingratis. Igitur à diurno vsu amarorum valde cauendum est, nisi eam turbationem sequatur plus commodi quam incommodi, quod rarum est. Vt enim nec nutriunt nec delectant, ita neq; alia commoda in corpore præstant. Ad incidentum, aperiendum, extenuandum, abstergendum non necessaria sunt amara, cum alia & gratiora id possint, & dulcia quædam acria, acida, & cibi id agant & falsa, semina, radices, fructus, aromata, aliaq; suauiora. Ipsa certè natura testatur, quantum abhorreat ab amaris. Cùm enim coquens naturalis calor separat amarum à reliquis humoribus, id partim in felis vesiculam secernit, nè cum sanguine mixtum lèdat, partim magna copia per vrinam & aluum expurgat. Qui autem hoc excrementum retinent, incommodissimè valent. Vnde & qui amara & falsa nimis edunt, aduersa plerumq; valetudine conflantur. Nec robur ventriculi cæterarumq; partium crebro potu absinthitis frequentijs vsu Aloës, aut aliorum medicamentorum amarorum rectè conseruatur: qui in potius, vt sè fit, labefactatur & penitus destruitur: cùm etiam in alimentis, vt dictum est, per coctionem amara separantur, vt quæ natura sponte sua naturalijs odio respuat abhorreatque.

*De impropriis amarorum facultatibus,
seu iis quæ ab adiunctis & attri-
butis oriuntur.*

C A P V T VII.

A a ij Si



I qua vis præterea, præter hanc priam, quam dixi, rebus amaris adest, ea vt ab ipsa amaritudine non proficiuntur, ita propria amarorum, quatenus amara sunt, nō est. Fieri enim, exempli causa, potest, vt aliquid vim habeat gustum male, insuauiter, et fellea qualitate afficiendi ac turbandi, & simul habeat vim calefaciendi & incidendi: Quæ vires vt sunt diuersæ, ita habent qualitates diuersas à quibus tanquam potentijs emanant. Vis enim turbandi gustum ab amaritudine, vis calefaciendi à calore, incidendi à tenuitate & penetratione procedit. Non autem amaritudo calefacit, siccatur, incidit, nec res amara id facit, qua amara est: sed quæ simul calida, siccata, & tenuum partium existit: nec etiam omnia, quæ amara sunt, id præstant. Facultates ergo impropriæ sunt & quæ tantum coniunguntur cum amaritudine, nihil ab ea vel adiutare, vel impeditæ, nec commune quicquam cum ea habentes, haud secus quam albedo in pariete cum duricie existens nihil cum ea commune, præter subiectum, habet: in cæteris enim mutuo nec commodant nec incommodant. Cùm ergo hæ facultates impropriæ omnino sint, nec ad amaritudinem pertineant, nec amaritudo eas perpetuo indicet, de ijs breuiter tantum agendum est, cùm suis locis per se sint explicandæ. Iam verò id agendum est, quomodo ad Amaritudinem referantur, & quatenus cum ea coniungantur, & quomodo earum quædam etiam ab amaritudine indiscerentur.

Summa ergo amaritudo & simul in subiecto existens nunquam deprehensa est cum facultate humectandi, quod et supra monuis

mōnuimus. Neque mirum est, cum pauca exempla summæ amaritudinis extent, præter Nitrum, Fel, & Colocynthidem. Calx plus ferè acrimonie, quam amaritudinis, habet. Quod siccent ratio videri potest, quod omnia valde amara, terrena fecis non parum habeant: idq; etiamsi humore aliquo commisceatur, nisi copiosus valde sit, non obtunditur: Igitur bilis desiccat. Lactuca quidem humectat, sed in regulam non concluditur, quia parum amara est: regula verò est: quæ solū & multum amara sunt, certò desiccari. Sed ne ab individuis hæc doctrina initium sumat, certiori & communis Methodo vires improprias amarorum tractabo, & primo præsertim eorum, quæ amarissima sunt. Quæ igitur vehementer amara sunt, vt explicatum est, vel ob copiam & præcipuum vim seminarij tantum talia sunt, vel tantum ob adiumenta amaritudinis, vel propter utrumque. Si seminarium cum impedimentis erit, tales vires, quale impedimentum: Si cum adiumentis, tales, qualia hæc ipsa sunt, efficiet. Duo verò posteriora, id est, quæ ob adiumenta tantum, & quæ ob adiumenta & seminarium etiam potens, valde amara sunt, tales omnino vires adiunctas habebunt, qualia erunt amaritudinis adiumenta: qui Canon non fallit.

Dixi autem inter cætera id valde proprium summæ amaritudinis & naturale adiumentum esse, vt seminarium proximè figatur, ob aduersam dulcedinis naturam, in facultata quadam materia, & terrea, quæ humore aliquo cum qualitate amara subigatur. Dixi etiam adiumentum esse, tenuitatem, & calorem, & liquiditatem. Consentaneum igitur est, vt ea, quæ propter hæc adiumenta insigniter amara sunt,

Aa iiiij propter

LIBER II.

propter terream quidem portionem & calorem desiccent & calefaciant: propter tenuitatem verò & liquiditatem etiam penetrant, penetrando se insinuant in crassam & lentam materiam, eamq; incidat, incisione & penetratione aperiant, eadem in cisione & desiccatione abstergent. Hæc enim omnia mutuò se se consequuntur. Sed hæc tantum maximè amarorum differentia ista præstat: non autem amara in vniuersum eas omnes vires habent, vt Galenus aliquot paucis exemplis deceptus ratiocinatur: nec propterea quicquam ex ijs faciunt, quod amara sint, sed quod talia habeant adiuncta. Exemplum fel est, vbi quidem maxima adiumenta sunt, non tamen æquè potens seminarium: Nitrum, vbi summa ferè adiumenta & seminarium æquè validum. Ideo hæc tenuant, calefaciunt, & aperiunt. Iam verò quæ non propter adiumenta, sed ob copiam tantum seminarij dixi esse insigniter amara, eas vires, quas iam dixi, vel infirmiores, vel non omnes habent: propterea quod talia adiumenta, à quibus illæ promanant non habent, quamvis insignis amaritudo ob seminarium adsit. Aloë enim & Gentiana vehementer amara sunt, sed cum id seminarij copia fiat, adiumenta autem tanta non adsit, nec extenuant tantum, quantum priora, nec tantum penetrant. Ideo aloën hepatic transire negant. Nec adeò aperiunt, sed aloë venas occludit ob terram densitatem. Opium verò insignem etiam habet amaritudinem, ob seminarij & solius qualitatis, non autem adiumentorum, copiam: cum insignia habeat impedimenta, vt frigus, ideo non calefacit: ob crassitiem partium non tenuat, nec appetit, nec abstergit, sed contraria. E quibus rationibus & exemplis constat, eas facultates, quæ in quibusdam valde amaris sunt abstergendi, extenuandi, calefaciendi, non omnibus amaris, vt Galenus putauit, esse communes.

Iim

DE AMARITUDINE.

97.

Iam igitur cum varia sint amarorum omnium & summorum & mediorum & languidorum adiuncta, certa facultatum ratio in amaris statui nec potest nec debet: sed qualia sunt adiuncta, tales sunt facultates. Ut igitur rem concludam. Quod vna cum amaritudine calidum est, calefacit, quod frigidum, refrigerat, quod siccum, siccatur, humidum humectat, crassarum partium incrassat, tenuè extenuat, densum occludit ac densat, quod simul acerbum & crassum est, astringit & contrahit. Ideo Galenus inquit: Absinthium vulgatum pituitam stomacho affigere. Et qui obijciunt id non fieri ab amaritudine, sed vt abstercio & extenuatio aliquando cum amaritudine in rebus iungitur: Ita inquinationem & incrassationem cum ea iungi nihil prohibet: & vt rarum aliquid amarum, ita densum esse potest, & vtriusq; qualitatis facultates obire, amaritudine non obstante.

De cæteris omnibus differentijs amarorum dicendum non est. Ex communī enim hac doctrina iam quiuis omnes facultates amarorum impropias & ab adiunctis natas, in singulis differentijs facile modo sciat quæ sint adiuncta, intelliget. De carum autem qualitatum, quas hic adiuncta voco, facultatibus, vt quid sit incrassare, extenuare, caleficere, aperire &c. singulatim ex professo & copiose ab alijs forte disputabitur. Quare hic de amaro sapore finem facio.

FINIS LIBRI SECUNDI.

Bb

INDEX SINGVLO-

RVM CAPITVM, Q.VÆ IN HIS duobus libris comprehenduntur.

PRIMI LIBRI CAPITA.

- CAP: I. Quorundam de appellatione dulcium errores confutantur.
CAP: II. Mixtionem dulcium iuxta quosdam esse variam, nec unifor-
mem, ostendit.
CAP: III. De vera appellatione et nomine dulcium.
CAP: IIII. De vera mixtione et causis non solum dulcedinis, sed reli-
quorum omnium saporum.
CAP: V. De causis dulcis saporis et earundem adminiculis.
CAP: VI. De differentiis dulcium et causis summae dulcedinis.
CAP: VII. De mediocri dulcedine eiusque causis et differentijs seu gra-
dibus.
CAP: VIII. De languide dulcedinis tribus gradibus. (dibus.)
CAP: IX. De viribus dulcium.
CAP: X. De facultatibus attributis seu improprijs summae dulcium rerum.
CAP: XI. De viribus mediocriter et languide dulcium,
CAP: XII. Quæ contrarietas saporum.
CAP: XIII. De mutatione dulcium in alios satores.

SECVNDI LIBRI CAPITA.

- CAP: I. De appellatione amari.
CAP: II. De contemperatione et causis amaritudinis Peripateticorum
et Dogmaticorum sententia refutatur.
CAP: III. De vera mixtione, et causis amaritudinis.
CAP: IIII. Differentiae amaritudinis, et earum cause.
CAP: V. De viribus amari. (tentia.)
CAP: VI. Quæ nostra de facultatibus amaritudinis, et amarorum sit sen-
tentia.
CAP: VII. De impropriis amarorum facultatibus, seu ijs quæ ab adiun-
ctis et attributis oriuntur.

INDEX RERVM ME- MORABILIVM, QVÆ IN HOC opere continentur.

A.

<i>Absolute dulcia</i>	20 a.
<i>Abstersionis vera causa</i>	11 a.
<i>Abstrusas facultates pauci expedirent</i>	50 a.
<i>Acida & dulcia abstergunt</i>	11 a.
<i>Acrimonia destillatorum tollitur moderato calore</i>	43 a.
<i>Ad definitionem alimenti dulcedo non requiritur</i>	13 a.
<i>Adiumenta summa dulcedinis in vino</i>	42 a.
<i>Adiumenta amaritudinis</i>	82 a.
<i>Adiuncta dulcedinis vel sunt propria vel impropria</i>	51 a.
<i>Admixture quibus iuuatur procreatio saporum</i>	33 b.
<i>A forma non omnia praedeunt</i>	28 b.
<i>Alendifacultas dulcedini non potest tribui</i>	11 b.
<i>Alimenta dulcia ob dulcedinem non alunt</i>	11 b.
<i>Alimentum propter dulcedinem non alit, sed melius alit</i>	12 a.
<i>Alimentum proprium</i>	12 a.
<i>Alimento non est proprium ut dulce sit</i>	ibidem
<i>Alimentum cum quo convertatur</i>	13 a.
<i>Alimenta rectius suavia quam dulcia dicuntur</i>	14 a.
<i>Alimentum rei magnam vim habet ad dulcedinem generandam</i>	35 b.
<i>Alimentum quomodo impedit generationem summae dulcedinis</i>	38 a.
<i>Alimenta quibus semina nutriuntur materia rationem habent</i>	33 a.
<i>Aloe laedit stomachum</i>	94 b.
<i>Aloe vehementer amara cur</i>	96 b.
<i>Aloe non transit Epar.</i>	96 b.
<i>Aloe venas occludit</i>	ibidem
<i>Amarus & dulcis sapor maxime sensui obuij</i>	7 b.
<i>Amari-</i>	

INDEX.

<i>Amaritudinis summae exempla</i>	96 a.
<i>Amari saporis terminus</i>	10 b.
<i>Amaritudo non abstergit</i>	11 a.
<i>Amarum significat abstercionem non efficit.</i>	11 a.
<i>Amarus sapor omnium ingratissimus</i>	22 b.
<i>Amarum et dulce excellenti utraq. qualitate simul esse non possunt</i>	61 a.
<i>Amari nominis appellatio</i>	66 b.
<i>Amara proprie</i>	67 a.
<i>Amarissimum simpliciter</i>	ibidem
<i>Amara que neq. ex dulci, neq. ex salso nata sunt</i>	69 a.
<i>Amara multa frigidæ</i>	69 a. 70. a.
<i>Amara vehementer cur</i>	96 a.
<i>Amaritudo aut à solo calore necessariò gignitur, aut non necessariò</i>	70 b.
<i>Amara habent ficum terreum, & tamen non sunt acris</i>	73 a.
<i>Amara non sunt necessaria ad incidentum</i>	95 a.
<i>Amarum non idem quod iniundum</i>	74 a.
<i>Amarum excellens sensibile & sensum laedens</i>	ibidem
<i>Amara nobis aduersa</i>	ibidem
<i>Amarus sapor quomodo nobis aduersus</i>	93 b.
<i>Amarum dulci non omnino oppositum</i>	74 a.
<i>Amari semiarium</i>	75 a.
<i>Amarum cur non alit</i>	94 b.
<i>Amaritudo non proficiuntur ab igne</i>	76 b.
<i>Amaritudinis principium potius est in subiecto quam à calore immittitur</i>	77 a.
<i>Amaritudinis propria vis</i>	93 a.
<i>Amarum in aqua seu humido potius quam in sicco</i>	79 a.
<i>Amarorum cœsus cauendus</i>	95 a.
<i>Amaritudo in humore aëreo</i>	ibidem
<i>Amarorum facultates impropriæ</i>	95 b.
<i>Amaritudinis summa adiumenta</i>	80 b. 96 a.
<i>Amaritudo summa nunquā deprehenditur cū facultate humectandi</i>	95 b.
<i>B b ij Ama-</i>	

INDEX.

<i>Amaritudinis differentia tres</i>	81 b.
<i>Amaritudinis summae valde proprium</i>	96 a.
<i>Amarissima qua</i>	83 b.
<i>Amarus sapor simplex etiam exiguis esse potest</i>	85 a.
<i>Amarus sapor cum alijs saporibus compositus</i>	85 a.
<i>Amaritudo in omni subiecto esse potest</i>	89 b.
<i>Amaris non simpliciter inest vis siccandi</i>	90 b.
<i>Amaritudo non semper indicat secundas qualitates</i>	92 a.
<i>Ambrosia longa nos facit</i>	56 a.
<i>Amisso calore nativo, utrum vestigia quadam eius in rebus maneat</i>	27 a.
<i>An à temperato calore dulcedo procreatur</i>	4 b.
<i>An Solis & ignis calor dulcia faciat</i>	ibidem.
<i>An dulcedo propria sit nota alimentorum</i>	18 b.
<i>Animalis facultas dulcissimis augetur</i>	54 a.
<i>Apes animalia aërea</i>	6 b.
<i>Aponensis sententia de amari generatione refutatur</i>	69 a.
<i>Aqua hebetat omnes sapores</i>	6 b.
<i>Aqueus humor non abundat in dulcibus</i>	ibidem,
<i>Aqua cursu calore non conficit</i>	7 a.
<i>Aqua facile patitur</i>	7 b.
<i>Aquosam materiam soluere in fructibus dulcedinem falsum est</i>	ibidem.
<i>Aqua & terra saporum materies</i>	33 a.
<i>Aristotelis rationes de materia dulcium improbantur</i>	29 b.
<i>Aristotelis ratio reprehenditur qui putat dulcia alere</i>	30 b.
<i>Aristoteles notatur</i>	51 a.
<i>Aristoteles rectius opposuit sapores quam Galenus & Montanus</i>	62 b.
<i>Ars coquendi tollit anomaliam</i>	41 b.
<i>Axioma saporum</i>	11 b.

B.

Butyrum cur acepsat

<i>Calor</i>	65 a.
--------------	-------

INDEX.

C.

<i>Calor auctus non amplius est temperatus</i>	71 a.
<i>Calor igneus non eo modo quo cœlestis dulcedinem parit</i>	26 b.
<i>Calor insitus non idem cum igneo</i>	ibidem.
<i>Calor quid agat</i>	75 b.
<i>Calor non gignit dulcedinem</i>	34 b.
<i>Calor naturalis quid agat</i>	75 b.
<i>Calor nativus trium facultatum instrumentum</i>	52 b.
<i>Calor non communicat rebus amaritudinem</i>	77 a.
<i>Calor cœlestis calori partis se coniungit, et aliquo modo mutatur.</i>	53 a.
<i>Causa per accidens separanda a vera causa</i>	11 b.
<i>Causa efficiens saporum</i>	24 a. 74 b.
<i>Causæ communes saporum</i>	74 b.
<i>Causæ mediocris dulcedinis</i>	45 b.
<i>Canon dulcium</i>	20 a.
<i>Cardanus notatur</i>	50 a.
<i>Caro pullorum nobis similior dulcibus omnibus</i>	15 a.
<i>Cerenisia inebriat</i>	57 a.
<i>Cibarius & Cerealis sapor innominatus</i>	12 b. 21 a.
<i>Cibi rectius suaves quam dulces nominantur</i>	14 a.
<i>Cibi nobis similimi non sunt sine preparatione dulcissimi</i>	15 b.
<i>Cibus mali succi conditus dulcibus non ideo alit</i>	17 b.
<i>Chemici circulatione res purissimas faciunt</i>	43 a.
<i>Coctio à calore</i>	25 a.
<i>Cognitio rerum aliquousq; tantum progedreditur</i>	49 b.
<i>Colores à rebus secernuntur, vulgo tinturas vocant</i>	44 a.
<i>Communia à proprijs separanda</i>	12 a.
<i>Conciliatio sententia Aristotelis et Montani de sapore medio et extre-</i>	
<i>mo</i>	63 a.
<i>Conciliatoris opinio de causis amaritudinis</i>	67 b.
<i>Consensus delectans impediri potest</i>	50 a.
<i>Contusum carnium roboret</i>	60 a.

Bb iiiij

Cor-

INDEX.

<i>Corsica longaeos edit homines</i>	56 b.
<i>Crasites et densitas impedit dulcedinis generationem et sensum</i>	45 b.
<i>Cum dulci quid convertatur</i>	12 b.
<i>Cur non ab una forma omnia proueniant</i>	28 b.

D.

<i>De dulcedine veteres confusè docent</i>	3 b.
<i>Destillatio quomodo dulcedinem rebus conciliat</i>	26 a.
<i>Destillati liquores cur ut plurimum acres</i>	43 a.
<i>Destillata animosos reddunt</i>	57 a.
<i>Destillatio Caponum cur restaurat vires</i>	60 a.
<i>Differentia caloris</i>	25 b.
<i>Differentia dulcium à causa faciente</i>	47 b.
<i>Differentia dulcium à materia et huīus affectionibus</i>	eodem.
<i>Differentia dulcium ab effectibus</i>	48 a.
<i>Differentia dulcium plures coniunctæ</i>	48 a.
<i>Differentia amaritudinis plures</i>	83 a.
<i>Differentia amaritudinis ab effidente causa</i>	85 b.
<i>Differentia amaritudinis à materia</i>	86 a.
<i>Differentia amaritudinis à secundis qualitatibus</i>	86 a.
<i>Dulcis sapor cæterorum est veluti rex quidam, regula normaq;</i>	3 a.
<i>Dulcis cum amaro sapor est fundamentum omnium savorum</i>	3 a.
<i>Dulcium regula</i>	3 b.
<i>Dulcedo ab aqua humiditate soluitur</i>	eodem.
<i>Dulce et pingue confundunt veteres</i>	eodem.
<i>Dulcium mixtio varia</i>	4 a.
<i>Dulcedo sit à Symmetria caloris</i>	eodem.
<i>Dulcedo sit à solo calore</i>	eodem.
<i>Dulcedo sit à calido humido</i>	6 a.
<i>Dulcia aëream humiditatem necessariò habent</i>	6 b.
<i>Dulcedinis causa non est aqueus humor cum calore</i>	9 a.
<i>Dulcia valde non sunt valde calida</i>	Dulcie

INDEX.

<i>Dulcis saporis terminus</i>	10 b.
<i>Dulcis sapor per se non alit</i>	11 b.
<i>Dulcium propria vis</i>	ibidem
<i>Dulcedo etiam venenis inest</i>	12 b.
<i>Dulce et alimentum non convertuntur</i>	ibidem
<i>Dulcedo ad nutricionem non necessaria</i>	13 a.
<i>Dulcia non sunt nobis similia</i>	14 b.
<i>Dulcedo cibis cur conciliatur</i>	17 b.
<i>Dulcedinis nomen excutitur</i>	19 b.
<i>Dulcium communissima appellatio impropria</i>	ibidem.
<i>Dulcis sapor solus temperato sensu gratus</i>	22 a.
<i>Dulcia nobis similia</i>	23 a.
<i>Dulcedo ab insito tantum et cœlesti calore nascitur</i>	26 a.
<i>Dulcedo ab igneo calore quomodo fiat</i>	ibidem.
<i>Dulcia non alunt</i>	30 b.
<i>Dulcedo summa quibus conditionibus constet</i>	36 b.
<i>Dulcedini summa oppositum quibus conditionibus perficiatur</i>	ibidem.
<i>Dulcedo summa bifariam impeditur</i>	37 a.
<i>Dulcedinis summae impedimenta exemplis declarantur</i>	37 a.
<i>Dulcedinis differentia quomodo à secundis qualitatibus orientur</i>	37 b.
<i>Dulcedo summa ex ratione mixtionis et alie plures differentiae oriuntur</i>	38 b.
<i>Dulcedinis qualitas si inciderit in materiam simplicissimam, purissimam, et natura aetherea præditam, dulcedo inestimabilis orietur</i>	eodem.
<i>Dulcedo absoluissima</i>	eodem.
<i>Dulcedo summa exemplar perfectionis</i>	eodem.
<i>Dulcedo summa Nectar dici potest</i>	39 a.
<i>Dulcitudo excellens non tantum materia cœlesti, sed etiam mixtione æquabili gaudet</i>	40 b.
<i>Dulcedinis fastigia tria</i>	44 a.
<i>Dulcedo simplex</i>	47 b.
<i>Dulcedo composita</i>	eodem.

Cc

Dhl-

INDEX.

Dulcium differentie	ibidem.
Dulcium perfecta nota iuxta Galenum	49 b.
Dulcia in quibus rebus sint consideranda	50 b.
Dulcium rerum indices qui constituenda	ibidem.
Dulcium propria dignatio et vis	ibidem.
Dulcium vires impropriæ	ibidem.
Dulcium rerum quædam propriæ quædam impropriæ actiones	51 a.
Dulcium rerum tres ordines	53 a.
Dulcibus calor nativus foretur, conseruatur, et augetur	53 a.
Dulcissimis omnes facultates augmentur	54 a.
Dulcissimis animalis facultas augetur	eodem.
Dulcia memorie profundunt	55 b.
Dulcibus motrix vis innatur	eodem.
Dulcissima vitalem facultatem innuant	ibidem.
Dulcibus naturalis facultas corroboratur	57 b.
Dulcia non per se sed ob adiuncta alunt	58 a.
Dulcedo cum acrimonia	60 b.
Dulcedinem cum insipiditate non recte iungit Montanus	61 a.
Dulcis sapor medius ad cæteros sapores cur non sit, sed extremus	61. 62.
Dulcium propria actio	62 b.
Dulcia in amara vertuntur	64 a.
Dulcia cur rarius in alios sapores mutentur quam amaros	ibidem.
Dulce in amarum cur transeat	64 b.
Dulcia cur fiant acris	ibidem.
Dulcia cur aceſcant	ibidem.
Duplex ordo materia fluentis in destillatione	43 a.

E.

Efficiens causa dulcium	25 a.
Efficiens commune amaritudinis	77 b.
Efficiens proprium amaritudinis	78 a.

Effic

INDEX.

Efficientis adiumenta	78 b.
Elementa ideo non alunt quod à rore sunt, falsum est	17 b.
Empedocles semimaria saporum in aqua statuit	32 b.
Elixatio et toſtio quomodo res dulces faciat	26 a.
E rebus non dulcibus dulcedo elicetur	43 b.
Erasistratus defendit contra Galenum	65 a.
Erronea sententia de mixtione et substantia dulcium discutitur	4 b.
Erronea veterum de primis facultatibus sententia	8 a.
Exempla eorum quæ à summa dulcedine parum absunt	39 b.
Ex solis saporibus non indicandum de mixtione	7 b.

F.

Facultatum trium commune instrumentum calor	52 b.
Facultates amarorum non omnibus amaris communes	96 b.
Facultates propriæ dulcedinis à veteribus non sunt explicatae	51 b.
Facultas propriæ amaritudinis	87 a. 92 b.
Facultates secundæ et tertiae non proficiuntur ab amaritudine	91 a.
Fastigia dulcedinis tria	44 a.
Fernelij sententia reprobatur	27 a.
Fernelius notatur	50 a.
Ferdinandus Imperator	58 b.
Forma à qua omnes affectiones prodeunt non est simplex unaq;	28 a.
Forma nulla supra potentias	28 b.
Forma inanis et nugax est	29 b.
Fracastorius commendatur	50 a.
Fracastorius redarguitur	79 a.
Fructus in sumitate arboris dulciores quam in vino	6 b.
Fructus dulces aethereum quid habent	39 b.

G.

Galenus Philosophicam sapores inuestigandi rationem damnat	21 b.
Cc ij	Ga-

INDEX.

<i>Galeni & Platonis sententia de dulcium nota refutatur</i>	49 b.
<i>Galenus notatur</i>	51 a.
<i>Galeni sententia de contrarietate saporum improbatur</i>	62 a.
<i>Galeni sententia excusat</i>	62 b.
<i>Galeni sententia de mutatione dulcis saporis in amarum refutatur</i>	64 a.
<i>Galeni opinio de causis amaritudinis</i>	67 b.
<i>Galeni sententia rejicitur</i>	87 a.
<i>Galeni probationes quod amara sunt calidae, earundemq; refutatio</i>	68 a.
<i>Galenus impugnatur quod omnia amara habeant vim siccandi</i>	91 a.
<i>Galenus reprehenditur</i>	92 a.
<i>Generale dogma ex uno exemplo non debet statu</i>	71 b.
<i>Generationes rerum analogae</i>	32 a.
<i>Gentiana cur vehementer amara</i>	96 b.
<i>Glandes cum obscura dulcedine amarae sunt & acerbae</i>	5 a.
<i>Glandes frigidae ex siccæ</i>	ibidem.
<i>Glandes ob duritatem & leuem ex acerbo factam per calorem mutationem non rectè dulces appellantur</i>	7 b.
<i>Glycyrrhiza succus radice dulcior</i>	41 b.
<i>Gradus primi fastigij dulcedinis</i>	44. 45.
<i>Gradus secundi fastigij dulcedinis</i>	46.
<i>Gradus tertij fastigij dulcedinis</i>	47 a.
<i>Gradus dulcedinis mēte exactè, sensu quo ad fieri potest distinguuntur</i>	46 b.

H.

<i>Hepar ficatum</i>	58 a.
<i>Humor cum sicco temperatus ex se non habet vim ullam saporis</i>	32 a.
<i>Humor duplex</i>	79 b.
<i>Hypotheses disputationis de dulcibus</i>	22 b.

I.

Identitas

Igneus

INDEX.

<i>Igneus calor non eo modo quo cœlestis dulcedinem parat</i>	26 b.
<i>Impedimenta amaritudinis triplicia</i>	82 a.
<i>Impressa vestigia insiti caloris</i>	27 a.
<i>In dulcibus non animaduertitur aquæ</i>	6 b.
<i>Innominatus sapor</i>	21 a.
<i>Instans calor non idem cum igneo</i>	26 b.
<i>Instans calor cœlesti iuuatur</i>	27 b.
<i>Insuauitas unde oriatur</i>	93 b.
<i>Isaac saporibus gradus qualitatum tribuit</i>	69 b.
<i>Isomæria quid</i>	41 a.
<i>Itali cur ingeniosiores Germanis</i>	55 a.

L.

<i>Lac quamobrem aceſcat</i>	6 b.
<i>Lactuca non est dulcis</i>	89 a.
<i>Languide dulcia magis materiam suppeditant, cetera vim augent</i>	60 a.
<i>Lacus Asphaltites amarus</i>	68 a.
<i>Liquores aterni</i>	43 b.
<i>Lusitanus notatur</i>	50 a.

M.

<i>Manna</i>	39 b.
<i>Mare sub Äquatore cur sit amarum</i>	68 a.
<i>Maturatio à calore</i>	25 a.
<i>Materia saporum</i>	29 a. 74. b.
<i>Materia saporum propria</i>	30 b.
<i>Materia dulcedinis</i>	34 a.
<i>Materia mediocriter dulcium aërea</i>	59 b.
<i>Materiæ saporum adiumenta</i>	78 b.
<i>Medicamentorum proprium alterare</i>	9 a.
<i>Medo inebriat</i>	57 a.
	<i>Mel</i>

C. iij

INDEX.

<i>Mel Canon omnium dulcium</i>	6 a.
<i>Mel aërum</i>	<i>ibidem.</i>
<i>Mel in quibusdam naturis amarescit et in bilem vertitur</i>	15 a.
<i>Mel aetheream naturam habet</i>	39 b.
<i>Mel non ex ipsis plantis nascitur</i>	39 b.
<i>Mel simplex ubi</i>	40 b.
<i>Mel subit mutationes varias</i>	<i>ibidem.</i>
<i>Mel sudor cœli</i>	<i>ibidem</i>
<i>Mel siderum salina</i>	<i>ibidem.</i>
<i>Mel purgans se aëris succus</i>	<i>ibidem.</i>
<i>Mel ex immensa cœli profunditate defluit</i>	<i>ibidem.</i>
<i>Mel suapte natura simplex</i>	41 a.
<i>Mellis dulcedo nauseam mouet</i>	42.
<i>Mel non verti in acidum saporem falsum</i>	64 a.
<i>Mel non habere in se bilem, quibus rationibus probet Galenus</i>	65 a.
<i>Mel sapè attu fit amarum</i>	65 b.
<i>Mel potentia amarum</i>	76 a.
<i>Mel per ignem amarescit</i>	76 a.
<i>Mel coctum amarescit</i>	84 b.
<i>Methodus vera in quo confitit</i>	3 b.
<i>Mixtio quomodo dulcedinem impediatur</i>	38 a.
<i>Mixtio à calore</i>	25 a.
<i>Mixtio dulcium varia</i>	4 a.
<i>Moderata sensilia amica</i>	22 a.
<i>Montani sententia refellitur</i>	60 b. 61 b.
<i>Montani sententia excusat</i>	63.
<i>Montani sententia de causis amaritudinis</i>	68 a.
<i>Montani sententia de amaritudine refutatur</i>	71 a.
<i>Mulieres pica laborantes et terras varias denudantes ijs non nutriuntur</i>	18 a.
<i>Mustum Necaricum frigidum</i>	9 a.
<i>Musta cur inebrient et ingenium obtundant</i>	55 a.
<i>Natura</i>	

INDEX.

N.	Natura saporum	23 b.
	Natura quid et quomodo agat in materiam	24 a.
	Natura innatur amicis	94 b.
	Nil valde dulce frigidum esse, falsum est	9 a.
	Nil gignit diuersum à seipso	31 a.
	Nitrum quomodo abstergit	87 a.
	Nomen dulcium perplexum a iudicatores	3 a.
	Non omnia calida humida dulcia	5 b.
	Non omnia dulcibus aluntur	13 b.
	Non omnia familiaria dulcia	ibidem:
	Non omnia ingrata amara	66 b. 67 a.
	Non omnia amara calida	87 b.

O.

Omnis sapore, praeter dulcem, gustatum aliquo modo laedunt	22 b.
Opium amarum	84 b. 89 b. 96 b.
Quorum alimentum fugax	17 a.

P.

Paries instè erectus non ideo paries est, sed melior paries est	12 a.
Pinguis sapor non rectè saporis nomine appellatur.	6 b.
Philosophorum disputationes de generatione saporum difficultatibus plena	73 b.
Plato notatur	51 a.
Platonis sententia rejecitur	87 a.
Propriè dulcia	20 a.
Primordium proprium in materia dulcedinis	35 a.
Primordium non est calor moderatus	35 a.
Principia rerum	93 b.
Prater	

Cc iiiij

INDEX.

<i>Præter communes causas saporum quibus opus sic</i>	74 b.
<i>Pythagoricorum mensa</i>	56 b.
<i>Pyrola frigida</i>	89 b.

Q.

<i>Qualitates iuuant generationem saporum</i>	31 a.
<i>Qualitates emergunt ex primordijs seminum</i>	ibidem.
<i>Quantum situm sit in differentijs dulcium</i>	48 b.
<i>Quæ habeant temperatum calorem & tamen dulcia non sint</i>	4 a.
<i>Quæ sunt illa quæ parum absunt ab absolute dulcibus</i>	20 b.
<i>Quæ qualitates plus iuuent dulcedinem</i>	35 b.
<i>Quinta essentia</i>	40. 43 b.
<i>Quomodo materiae qualitates secundæ impedian t saporis dulcis procreationem</i>	45 a.

R.

<i>Rei cognitio à nominis intelligentia sapè incipit</i>	67 a.
<i>Rufici non ob laborem tantum sed ob crassitatem alimenti robusti sunt</i>	17 a.

S.

<i>Sacharum corroborat</i>	57 d.
<i>Salis vsus</i>	22 b.
<i>Salsum & amarum specie, non maiori & minori differunt</i>	72 b.
<i>Sanicula frigida</i>	89 b.
<i>Sapores omnes à dulci originem trahunt</i>	3 a.
<i>Saporibus non recte tributæ sunt aliae vires præter eas quibus gustum mouent</i>	10 b.
<i>Sapores indicant facultates</i>	11 a.
<i>Sapor innominatus</i>	12 b.
<i>Sapor cibarius suavis quidem est, non dulcis</i>	12 b.

Saporum

INDEX.

<i>Saporum natura</i>	23 b.
<i>Sapores in accidentium censu numerantur</i>	24 a.
<i>Saporum causa efficiens</i>	ibidem.
<i>Saporum materia</i>	29 a.
<i>Sapor in materia non generatur</i>	30 a.
<i>Sapores non creantur de integro sed propagantur</i>	31 a.
<i>Sapores affectiones rerum sunt</i>	32 b.
<i>Sapores ex solis elementis non sunt</i>	ibidem.
<i>Sapores magna ex parte primas qualitates sequuntur</i>	62 a.
<i>Saporum oppositio vera</i>	62 b.
<i>Sapores pluribus modis opponi possunt</i>	63 a.
<i>Saporum transmutatio in quibus sit</i>	65 a.
<i>Sapor horridus impropriè amarus</i>	67 a.
<i>Sapores horridissimi qui</i>	93 b.
<i>Saporum transmutatio in quibus sit</i>	65 a.
<i>Secretio & simplicitas quibus modis à natura & arte queratur in ratione</i>	42 b.
<i>Semina non in omnibus videntur</i>	31 b.
<i>Seminarium ex quo sapores nascuntur inest in materia</i>	32 b.
<i>Seminarium in procreatione saporum principem locum obtinet</i>	33 a.
<i>Seminarium materiae occultum</i>	35 a.
<i>Seminarium dulcedinis genere tantum non specie notum est</i>	50 a.
<i>Seminarium qualitas, & suscipit magis & minus</i>	81 a.
<i>Seminarij valor etiam impedimenta superat</i>	81 b.
<i>Seminarium debile augent adumenta</i>	81 b.
<i>Seminarium amaritudinis triplex.</i>	82 a.
<i>Sicca quedam cur amara</i>	79 b.
<i>Siccant quæ actus sunt humidissima</i>	ibidem.
<i>Signa à causis distinguenda</i>	11 a.
<i>Similimum, id est, omnia membra aliens indiger mutatione</i>	16 a.
<i>Simplicitas dulcedini confert</i>	41 b.
<i>Solum dulce secundum naturam</i>	22 b.

C. 6. v

Sua-

INDEX.

<i>Suane duplex</i>	8 b.
<i>Suania & dulcia non sunt idem</i>	14 b.
<i>Suanitas à tota substantia est, dulcedo non</i>	14 b.
<i>Suanitas & dulcedo non propria nota alimenti</i>	18 b.
<i>Suanitate homines & bestiae falluntur</i>	18 b.
<i>Summae dulcedinis discrimina seu internalia</i>	44 a.
<i>Suanitas sola dulcedinis index esse nequit</i>	49 a.
<i>Summae dulciae facultati animali maxime utilia & amica</i>	53 b.
<i>Summae amaritudinis adiumenta</i>	80 b.
<i>Summae amaritudini contrarium</i>	ibidem.

T.

<i>Theophrastus notatur</i>	51 a.
<i>Transmutatio saporum in quibus sit</i>	65 a.
<i>Tres gradus dulcedinis primi fastigij</i>	44 a.

V.

<i>Varietas escarum utilis</i>	16 a.
<i>Ventriculi facultas crebro potu Absinthitis & Aloë non conseruatur, sed labefactatur & penitus destruitur</i>	95 a.
<i>Vera saporum oppositio</i>	62 b.
<i>Vinum Trebianum omnium dulcisissimum, et tamē temperate calidum</i>	9 a.
<i>Vinum & oua non omnes partes alunt</i>	17 a.
<i>Vinum cœlesti natura aethereaque donatum est</i>	40 a.
<i>Vini dulcedo suauior melle</i>	42 a.
<i>Vinum acutum ingenium</i>	54 b.
<i>Vinum agiles facit</i>	55 b.
<i>Vina animosos reddunt</i>	57 a.
<i>Vina venenis résistunt</i>	ibidem.
<i>Vina generosa decocta cur aescant</i>	65 a.
<i>Vinum Maluaticum quoddam amarum</i>	84 b.
<i>Vinum</i>	

INDEX.

<i>Vinum Vipachianum prolificum</i>	58 b.
<i>Vnius rei una causa</i>	5 b.
<i>Vis propria amari saporis</i>	11 a.
<i>Vis procreandi dulcibus innatur</i>	58 b.
<i>Vires mediocriter & languide dulcium</i>	59 a.
<i>Vræ delectantur melle.</i>	55 b.
<i>Vsus Salis</i>	22 b.
<i>Vrum humores in corpore nascantur, an verò in alimentis contineantur</i>	65 a.

Errata sic corrigito

- Fol: 3. pagina 2. linea 15. pro posset lege, potest.
 Fol: 4. pagina 2. linea 24. lege, esse necesse.
 Fol: 7. pagina 2. linea 11. & 20. Toi,
 Fol: 8. pagina 1. linea 16. pro enumerarentur, lege, enumerentur
 Fol: 12. pagina 1. linea 6. lege, concludit.
 Fol: 16. pagina 1. linea 18. pro diurno, lege, diurno.
 Fol: 17. pagina 2. in margine lege, Si malis succi cibus.
 Eodem, linea penultima, pro honore, lege, horrore.
 Numerum fol: corrige pro 22. fac 23.
 Fol: 42. pagina 1. linea 1. lege, terrenam.
 Fol: 49. pagina 2. lege, delectatione.
 Fol: 51. pagina 1. linea 2. lege, diuersæ.
 Numerum fol: pro 61. fac 65.
 Fol: 66. pagina 2. in margine pro amanti, lege, amari.
 Fol: 86. pro Caput 6. lege Cap: 5.
 Cætera errata leuiuscula, præsertim in distinctionibus, accentibus, literarum mutatione seu inuerstione, aquus lector per se emendabit.

FINIS.